SPECIMEN VARIARUM LECTIONUM SACRI TEXTUS ET CHALDAICA...

Giovanni Bernardo De Rossi,
Josè Maria Fonseca de Evora

SPECIMEN
VARIARUM LECTIONUM SACRI TEXTUS ET CHALDAICA ESTHERIS ADDITAMENTA CUM LATINA VERSIONE AC NOTIS

EX SINGULARI CODICE PRIVATAE BIBLIOTHECAE

PII VI. P. O. M.

EDIDIT VARIISQUE DISSERTATIONIBUS ILLUSTRAVIT

IOHANNES BERNARDUS DE ROSSI

Publicus in R. Parmensi Academia Sacrarum & Orientalium Litterarum Professor, ac Theologicae Facultatis Vice-Praeses.

ACCEDIT EIUSDEM AUCTORIS APPENDIX

DE CELEBERR. CODICE TRITAPLO SAMARITANO BIBLIOTHECAE BARBERINAE

ET CENSORIS THEOLOGI DIATRIBE

Qua Bibliographiae antiquariae, & sacrae critices capita aliquot illustrantur.

ROMAE MDCCLXXXII.

SUMPTIBUS VENANTII MONALDINI BIBLIOPOLAE

PRAESIDUM FACULTATE.

PIO VI
PONTIFICI MAXIMO
FELICITER REGNANTI

IOHANNES BERNARDUS DE ROSSI

TE iam auſpice eduntur, quae Te auſpice ſuſcepta ſunt, PONTIFEX AUGUSTISSIME. *Voluntate Tua, Tuaque, ut ita dicam, auctoritate colla-*

tus eſt Codex ille Tuus eximius, qui hic deſcribitur; Tuo nutu ac beneficio Chaldaica ex eo Eſtheris Additamenta hauſta, ſelectiores ac variae ſacri Textus Lectiones decerptae. Tu haec non probaveras ſolum, ſed iure quodam Tuo fieri poſtulaveras, quae ſunt cum maximo ſacrarum Litterarum bono coniuncta. Ad Te ergo redeunt, quae ex Te proficiſcuntur; Tibique ſacra, Te annuente, redeunt, quae Te veluti auctore ac duce prodierunt. Si quod emolumentum, quae hic ſiſtuntur, religioni praeſtant, ſacraeque criticae, [praeſtant autem quammaximum] PIO uni deberi noſcat grata poſteritas, cui maiora multo iam debet. Quis non ſuſpiciet Bibliothecam, omnis generis librorum copia, & delectu praeſtantiſſimam, brevi Ceſenae erigendam?

Quis

Quis non insignes, quae Tua munificentia in dies fiunt, Vaticanae accessiones; ac splendidissimum Tuum istud Museum tot pretiosissimis monumentis Tua liberalitate nobilitatum? Quis non praeclara demum Tua beneficia in Academias, in litteras omnes hucusque collata, quae non obscuro varioque sermone, sed clarissima, & una omnium voce ad nos perferuntur? O felices, Te Pontifice, litteras! Nec enim praestari haec possunt, nisi ab eo, qui incredibile sapientiae atque ingenuarum artium studium cum sapientia ipsa doctrinaque coniungat. Praestari autem a Te ego non miror, qui Te de libris eorumque delectu summa cum voluptate ac iudicio disserentem audivi, qui vidi in Vaticana quasi privatum

virum libros ipsos legentem studiosissime, atque in proprios usus decerpentem. A Te non miror, qui BENEDICTO *XIV. praedecessore gloriaris; qui a tanto Pontifice, tam docto, tam aequo ingeniorum aestimatore in suorum laborum ac lucubrationum subsidium delectus; qui eo praeeunte ac facem veluti ad optima quaeque praeferente, summam es in ecclesiasticis studiis laudem adeptus.*

Faxint superi, ut diu ad litterarum optimarumque artium decus ac praesidium vivas sospes. Te enim vivo ac sospite, certo confidimus fore, ut brevi in antiquum statum & splendorem, cum amplissima Sanctitatis Tuae laude, restitutas videamus.

CON-

CONSPECTUS OPUSCULI

I.

De Pontificio Codice, eiusque Conditione, ac Praestantia. P. 1

II.

Specimen Variarum Lectionum ſacri textus Pontificii Codicis hiſtorico-criticis obſervationibus illuſtratum. Pag. 27

III.

IV. *Pon-*

IV. De

IV.

V.

VI. Ap-

VI.

Appendix de celeberrimo Codice Samar. Tritaplo Bibliothecae Barberinae. Pag. 163

IM-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

F. A. Marcucci Patriarcha Constantinop. Vicesgerens.

APPROBATIO

QUum, iubente Rmo P. Sacri Palatii Apostolici Magistro, attente legerim librum, cui titulus: *Specimen Variarum Lectionum sacri Textus, & Chaldaica Estheris Additamenta, cum Latina versione ac notis: ex singulari Pontificio Codice edidit, variisque dissertationibus illustravit Ioh. Bern. de Rossi, publ. in R. Parmensi Academia Linguarum Oriental. Prof. Facult. Vice-Praeses. Accedit eiusd. Auctoris Appendix de celeberr. Codice Tritaplo Samaritano Bibliotb. Barberinae*; nihilque in eo ipso rectis morum legibus adversum, & a rebus fidei dissonum repererim; immo vero singularem cl. Auctoris doctrinam & eruditionem miratus sim; atque adeo sacrarum Litterarum Philologis perutilem, quemadmodum etiam nostram Diatriben, libro eidem adiectam, legentibus constare maxime potest, illum ipsum existimem; eapropter typis publicis dignum censeo.

Dabam Romae ex Aedibus Minervitanis, Calendis Iuliis 1782.

F. Gabriel Fabricy, S. Theolog. Magister, Ord. Praedic. Collegii Casanatensis Theologus.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Maria Mamachi Ord. Praedic. Sacri Palatii Apostolici Magister.

ER-

ERRATA

Pag. 3. lin. 5. *emendandis primum*, dele *primum*

4. lin. 15. *novos*, leg. *novo*

Ibid. lin. 17. *quod*, leg. *quot*

5. lin. 17. post *Conradus*, deleatur virgula

6. lin. 3. *veteri*, leg. *veteris*

7. lin. 7. *hunc*, leg. *hoc*, id est *hanc rem*, *sive talem Mstorum numerum ab ipso Kennicotto productum*.

8. lin. 10. post *exemplaria* suppleatur *sive Mss-*

16. lin. 15. כעיר leg. בעיר

54. lin. 13. *repraesentant*, leg. *repraesentat*

88. lin. 12. *Bothnius*, leg. *Bohnius*

100. lin. ult. *puerili*, leg. *pueruli*

103. lin. 3. *varietatem*, leg. *veritatem*

109. lin. 23. *fortes*, leg: *fontes*

Alia si qua sunt alicuius momenti Typographica menda Lectorum benignitati corrigenda relinquuntur.

I.

DE PONTIFICIO CODICE

EIUSQUE

CONDITIONE AC PRAESTANTIA

§. I.

De hodierno in mss. codices Hebraeo-biblicos studio

NULLUM studium est, quod Theologos magis deceat, nullum utilius, aut necessarium magis studio sacrae criticae, primigenii potissimum textus. *Emendandis primum codicibus*, inquit Augustinus (1), *invigilare primum debet solertia eorum, qui sacras scripturas nosse desiderant. Veterum librorum fides de Hebraeis voluminibus examinanda est*, Hieronymi verba sunt (2) in Gratiani canonem relata. Suos, eosque summos in sacra crisi viros habuit antiquitas, Origenes suos, suos-

 que

(1) *De doctr. christiana* lib. II. cap. XIV.

(2) *Epist.* olim 28. *ad Lucin.* n. 52. tom. IV. p. 579.

que Hieronymos . Sed retroactis saeculis, quacumque contentione ecclesia revelationis fontes tueretur, quamcumque diligentiam in tuenda eorum integritate adhiberet, quae haud ita pridem a doctissimo Fabricy (1) evicta est, defuerunt tamen Origenes, ac Hieronymi. Reperti quidem sunt aliqui quovis aevo critici, & interpretes, qui priorum vestigia sequerentur, & Hebraicae veritatis studium excolerent, ast nullus tamen fere exstitit, qui illorum laudem aemularetur. Nostra hac aetate, immo vero nostris hisce diebus floret illud iam quammaxime, eaque devenisse faustissima tempora nobismetipsis gratulamur, quibus vetus foedus non amplius suos novos Millios, suosque Wetstenios invideat. Notum est, quod post Iohannis Henrici Michaëlis, praesertim vero post nuperrimos Beniamini Kennicottii labores auspicato omine susceptos, detecti sint mss. codices Hebraeo-biblici, quo studio a criticis undique conquisiti, descripti, consulti, illustrati. Notae in hanc rem tot lucubrationes doctorum virorum, quorum alii generalem, alii vero

(1) *Des titres primitifs de la révélation &c.* in 8. 2. voll. Romae 1772.

vero peculiarem codicum collationem suppeditarunt. Ad priores referendus commemoratus Kennicottius, ad posteriores Michaëlis uterque, Houbigantius, Vogelius, Brunsius, Lilienthalius, Nagelius, Schellingius, Bahrdtius, Schiede, Oberlinus, Diederichsius, Lichtenstenius, Starckius, aliique, quos in bibliotheca sua theologica, quae germanico sermone edi coepta est, recenset Doederleinius, nosque ipsi in introductione in sacram criticam accurate enumerabimus. Laciniae ipsae codicum, & vetustorum librorum integumenta iuxta Semleri monitum, qui de iis observandis peculiare opusculum edidit, sacrorum criticorum diligentiam non effugerunt, iisque utiliter usi sunt Semlerus ipse, Sixtus, Schulzius, Conradus, Christophorus Iacobi. Sed criticos horum omnium auctorum, aliorumque, si qui sunt, labores longo post se, ut speramus, intervallo relinquet nova & amplissima, quam nos ipsi molimur, sacrorum codicum collatio, Kennicottiana ipsa multo absolutior & accuratior. Non hic amanuensium menda longo ordine digesta reperiet criticus, non hodiernorum Masoretharum quisquilias, ac nugas

 de ma-

de maiuſculis vel minuſculis, rectis vel inverſis, plenis, vel defectivis litteris, ſed veras omnes varias veteri teſtamenti lectiones alicuius momenti, inter quas infinitae optimi commatis criticis hucuſque omnibus ignotae, ex immenſa mſs. editorumque codicum congerie hauſtas, ad Samaritanum textum, ad vetuſtiſſimas verſiones, ad accuratiores ſacrae criticae fontes, ac leges diligenter examinatas, perpetuiſque notis hiſtorico-criticis illuſtratas. Praeſtantiſſimi huius operis, quo nullum eccleſiae, nullum tuendae revelationi, eiuſque fontium integritati utilius, nullum Italiae noſtrae glorioſius excogitari, aut ſuſcipi poterat, programma propediem edemus, unde eius conditio, praeſtantia, emolumenta dignoſcentur.

§. II.

Quantum mſs. Hebraeo-biblicorum copia Italia praeſtet

ILlud ab omnibus iure Italiae noſtrae in laude ponitur, quod ſit ſcientiarum, artiumque omnium mater, & fons ampliſſimus, & inexhauſtus mſs. codicum. Sed quod ad

ad mſs. codices Hebraeo-biblicos attinet, hanc Italiae laudem contendere olim viſus eſt Kennicottius, qui quum in praefatione ad ſecundam diſſertationem de ratione Hebraici textus obſervaſſet mſs. codices Hebraicorum bibliorum, qui in Anglia adſervantur, ad centum & ſeptem aſcendere, magnum hunc theſaurum appellat, cui ſimilem nulla alia gens, ut ipſe quidem autumat, poſſideat (1). Hinc novus eorum omnium index, quem ſub libri finem exhibet, uno, ſi ipſi credimus, intuitu lectoribus oſtendit, quam multis mſs. uniuſcuiuſque libri Anglia ſuperbiat. In ſtatu vero collationis expreſſe definit, mſs. Hebraeo-biblicorum copia Angliam quacumque alia provincia eſſe ditiorem. *Conſtat iam*, inquit is, *in variis univerſi partibus reperiri nunc quadringentos, vel quingentos mſs. codices Hebraeos* (ſacri textus), *ex quibus Anglia plures poſſidet, quam quaelibet alia provincia* (2), *quum in Oxonienſi, ac Cantabrigenſi academia, in muſeo item Britannico ſaltem cen-*

 tum

(1) *A Treaſure! Which, I preſume, no other nation Will pretend to equal*. The ſtate of the printed Heb. text. diſſ. II. pag. 19.

(2) *Of Which number England contains more than any other country*. The Ten Annual Accounts pag. 18.

tum & decem custodiantur integra Hebraica biblia, vel eorum partes complectentes. At vero quam insigniter in hac re alucinaretur, quamque male rationes subduceret, sat deinceps perspexit doctissimus vir ex accuratiori collatorum codicum statu, quem post Brunsii iter, editumque primum Vaticanorum mss. volumen novo suorum bibliorum specimini praemisit. In eo enim asserit collata Hebraicorum bibliorum exemplaria, sive edita, ascendere ad numerum sexcentorum octoginta, ex quibus ducenta quinque possidet Magna Britannia, Hibernia, America, nonaginta septem Gallia, nonaginta tria Germania, ducenta triginta quinque Italia, quinquaginta demum Dania, Batavia, Hispania, Svetia, & Helvetii (1). Quamquam vero ex hac una supputatione reliquis provinciis, ac regnis Italia manifestissime praestet, abest tamen longissime, ut Italos omnes codices Hebraeo-biblicos ea complectatur. Nos celeberrimo huic sacrorum codicum indagatori, ac collatori, patriaeque laudis acerrimo

a rimo

(1) *The copies examined amount to 680. of Which there are preserved in Great Britain, Ireland, and America 205. in Italy 235.*

rimo vindici unam privatam noſtram collectionem opponimus, quae conſtat mſs. codicibus Hebraici textus tercentis viginti, quorum notitiam, ac conditionem brevi edendus apparatus meus Hebraeo-biblicus, & orientalium mſs. meorum codicum index accurate ſuppeditabit. Ex his autem tercenti & decem circiter Kennicottio ipſi ignoti prorſus ſunt, nec a quopiam, quod ſciam, hucuſque collati, & decerpti. Mſs. codicibus proxime accedunt codices editi ante prima biblia maſorethica ſeu ante ann. MDXXV., mſs. certe ipſis aequiparandi, ex quibus quinquaginta quatuor diverſae rariſſimae editiones apud me exſtant, inter quas variae inſuper bibliographis omnibus ignotiſſimae, & intactae. Quo fit, ut mſs. editorumque meorum codicum ſumma aſcendat ad tercentos ſeptuaginta quatuor, ideoque ego unus, privatus Italus, ſim longe univerſa Anglia, Hibernia, & America ditior ac locupletior. Horum numero non comprehenduntur mſs. commentaria ſacrorum librorum, quae maximum in re critica uſum habent, quaeque nonnulli biblicis codicibus accenſere ſolent; non comprehenduntur editiones poſt prima illa

ma-

maſorethica biblia ex mſs. codicibus primariiſque editionibus immediate petitae, ſacris & ipſae codicibus, ſacraeque criticae fontibus annumerandae. Ex editis porro codicibus, ſeu antiquiſſimis hiſce editionibus pauciſſimas, eaſque ex noſtris oris advectas, Anglia poſſidet; Italia vero, noſque ipſi tanta copia pollemus, ut quas Anglia numquam vel vidit, vel novit, vel quarum exemplar Iudaeorum flammis ereptum, & in tota Europa unicum ſe poſſidere gloriatur [quod de Neapolitanis hagiographis reapſe gloriantur Pelletus, ac Kennicottius (1)] earum bina, tria, quatuor, & quinque etiam apud nos reperiantur exempla. Conſtabunt haec ex commemorato apparatu, ex prolegomenis biblicis hiſtorico-criticis, ac praeſertim ex novis meis annalibus Hebraeo-typographicis. Nec ea hic ad inanem oſtentationem innuimus, ſed potius, ut lectores noſtros praemonere incipiamus, quem mſs. editorumque codicum apparatum novae noſtrae variarum lectionum collationi deſtinemus.

§. III.

(1) *Diſſert. I. ſuper ratione text. Heb.* pag. 512., & *diſſert. II.* pag. 453. edit. Lat.

§. III.

Pontificii codicis conditio, ac descriptio

INter Italos porro codices Hebraeo-biblicos eminet codex, qui in privata summi doctissimique Pontificis felicissime regnantis PII VI. bibliotheca reperitur. In bina is ingentia volumina splendidissime compacta in folio maiore divisus integrum veteris testamenti textum complectitur. Hebraico textui adhaeret masora, alternisque versibus Chaldaica paraphrasis in omnes sacrorum bibliorum libros, excepto Daniele, Esdra, Nehemia, & libris Paralipomenon. Quaelibet pagina tribus columnis constat. Character est quadratus, Germanicae inflexionis, ac formae, luculentissimus, membrana nitidissima. Priori volumine continentur Pentateuchus, & hagiographa; posteriori vero Prophetae priores, ac posteriores. Quam quidem in sacrorum librorum canone, receptoque ordine inversionem non scribae, sed soli librario, ac bibliopegae tribuendum esse sat evincunt binae, quae sub utriusque voluminis finem conspiciuntur, epigraphes inferius producen-

ducendae. Hic autem est hagiographorum ordo, ut primum occurrat Iob, deinde vero ordine sequantur Proverbia, Ruth, Canticum canticorum, Ecclesiastes, Threni, Esther, Psalmi, Daniel, Esdras, Nehemias, duo Chronicorum libri. Paullo diversus est etiam posteriorum Prophetarum ordo, qui non ab Isaia, sed a Ieremia incipit, quem Ezechiel, & Isaias excipiunt iuxta antiquum Thalmudistarum canonem, quem Christi, ac Matthaei aetate in Hebraicis codicibus viguisse non sine magna veri specie, ut deinceps videbimus, nonnulli interpretes, ac critici contenderunt.

§. IV.

Aetas codicis.

Nulla exstat in codice scriptionis aera. Exstat tamen correctionis, ex qua prior illa dignosci posset, si absoluto codice, illico correctus is fuisset. Illud enim in more positum erat apud Hebraeos, ut in sacrorum codicum descriptione scriba, vel amanuensis integrum primum opus quoad solas litteras consonas describeret, alter deinde, qui נקדן dice-

dicebatur, puncta omnia, vocalia, & accentus adiiceret, corrector demum litteras omnes, puncta, accentus ad masorae, seu sacrae criticae leges recenseret, examinaret, corrigeret. Quae quidem singula, quum ex privatorum, in quorum gratiam codices scribebantur, arbitrio prorsus penderent, non semper succedente tempore, nullaque vel brevi interposita mora praestabantur. Hinc reperiuntur codices, qui diversis prorsus temporibus descripti sunt, punctis, & accentibus instructi, & correcti. Ad hos pertinere puto nostrum hunc codicem, qui cum insignissimae praeterea molis sit, & Chaldaicam unicuique versiculo paraphrasim habeat subiunctam, necessario etiam postulasse videtur, ut longa aetas in singulis illis praestandis insumeretur. Quis credat sub solum finem XV. saeculi, vel sub XVI. exordia, quibus Bononiae, Soncini, Neapoli, Brixiae, Ulyssipone, Sorae, Leiriae, & alibi multae sacrorum librorum editiones Hebraicae prodierant, & quidem luculentissimae, tam immanem, diuturnum, ac sumptuosum laborem susceptum fuisse? Id vero admittere cogeremus, si pontificii codicis scriptio in correctio-

ctionis aetatem incideret, quae est inventa typographia recentior. Non eo tamen haec dico, quod valde antiquum eum autumem. Character enim, & tota codicis ratio, & oeconomia ostendit ad XIV. saeculum, vel ad initium etiam XV. eum esse amandandum. Sed recentior haec aetas officit ne codicis dignitati, ac pretio? Ego veram codicum antiquitatem non ex scriptione dimetior, sed ex eorum conditione, & ex conditione, & aetate codicum, ex quibus descripti sunt. Quamobrem antiquum eum codicem dixero, qui ex antiquo petitus, qui amasorethicus, ut recepto quorumdam criticorum vocabulo utar, seu qui ad hodiernae masorae, quae scribarum incuria mendis scatet quamplurimis, leges non accommodatus, vel reformatus, qui lectiones optimas, antiquas, cum antiquis codicibus, cum antiquis versionibus conformes exhibet. Contra eum recentiorem appellabo, qui etsi vetustiori aera insignitus, recentioris tamen conditionis est, qui masoram hodiernam ubique adamussim sequitur, qui recentiorum scribarum lectiones ad marginem appositas, eorumque correctiones, ac praecepta complectitur. Atqui huiusmodi

non

non eſt codex pontificius. Inſignes enim variae eius lectiones, quarum ſpecimen luculentiſſimum in hoc eodem opuſculo ſiſtimus, ſat demonſtrant eum non ex recentiori, ſed ex antiquiſſimo eoque optimo codice fuiſſe deſcriptum. In antiquis ergo, atque aeſtimatiſſimis habendus eſt, ſeu antiquae, & optimae conditionis, ac notae.

§. V.
Codicis correctio, & epigraphe

SUB finem Prophetarum rabbinica haec conſpicitur correctoris epigraphe. ביום החמשי שני לירח אב שנת לעת ערב. יהיה אור נשלמת מלאכת ההגהה לנקוד היגי שגיאות הנביאים הלו בדיוק היותר אפשרי ועם הספרים מדוייקים היו אתי בעת הזאת על ידי הצעיר באלפים מנחם בכמה״ר פרץ טרבות ולהה באלף הששי פה עיר גובירנו בית האדירים כמה״ר יוסף ומשה ושמואל בני כמ״ר יצחק גאליקו ז״ל: אני אל אלהים אקרא יוכה להגות בו ובשאר ספרי הקודש בר ובר בר עדי עד. *Feria quinta, die ſecunda menſis av anno tempore* ערב *veſpertino erit lux, ſcilicet 272, perfectum eſt opus correctionis punctorum, correctionis errorum horum Prophetarum*

rum maiori qua fieri potuit, diligentia, & ex accuratissimis, quae nunc ad manus meas fuerunt, exemplaribus, per manus minimi in millibus Menachem filii R. Peretz Traboth felicis memoriae, sexto millenario, hic in urbe regiminis, & in domo magnificorum, domini Iosephi, Mosis, ac Samuelis, filiorum R. Isaaci Galiko, cuius memoria sit in benedictione. Ego ad Deum clamabo, ut dignum faciat meditandi in eo, & in reliquis libris sanctis filium, & filios filiorum usque in saeculum. Sub finem vero hagiographorum, quae habentur in I. volumine, haec rursus exhibetur correctoris nota:

בשני בשבת בעשרים באב רע״ב נגמרה הגהת הספר

הלז---- פה כעיר מנטובא. *Feria hebdomadae secunda die 20 mensis av anno 272 perfecta est correctio libri huius.... Hic in urbe Mantuae.* Ex posteriori hac epigraphe eruitur nomine עיר גוברנו *città di governo*, seu urbis regiminis in priori commemoratae Mantuam esse intelligendam. Mantuae ergo, ubi Iudaeorum academia, studia, ac res retroactis saeculis summopere floruerunt, & florent etiamnum, correctus est codex anno minoris Iudaeorum supputationis CCLXXII., Christianorum

norum aerae MDXII. Utraque illic Galikorum, ac Trabottorum familia adhuc perseverat, ex quibus tamen qui superius nominatur Samuel Galiko, distinguendus est ab altero eiusdem nominis Iudaeo, qui recentiori aetate compendium Pardes Rimonim composuit, & edidit.

§. VI.

Historia, ac fata.

Quae de codicis correctione diximus, innuunt verosimilius Mantuae primum conscriptum eum fuisse, ac vocalibus punctis, & accentibus instructum. Quidquid sit, illic correctus est sub initium XVI. saeculi. Quae non multis post annis fuerint codicis fata, demonstrat ectypon contractus venditionis, quod legitur folio primo prioris voluminis. In eo enim venditus dicitur a Iudaeo quodam Ben Tzion cuidam Isaiae ex Terracina; cui venditioni testes interfuerunt, ac subscripsere Abraham filius Mardochaei Peritzol, celeberrimus incola Ferrariensis, de cuius operibus editis, ac mss., seu de epistola itinerum mundi saepius

pius recusa, & inedito, bibliographis omnibus ignoto, auctorisque ipsius autographo commentario in Ecclesiastem apud me exstante, multa in nuperrimo nostro opusculo de typographia Hebraeo-Ferrariensi diximus (1), & Salomon filius Iacobi de Fano. Contractus autem hic incidit certe ante annum MDXXVIII, quo Peritzolius Ferrariam, & Italiam deserens Avenionem patriam suam rursus petierat, ut ex epigraphe alterius mei codicis Ruach Chen propria Peritzolii manu conscripti ibidem monuimus. Ab Isaia Terracinensi in varias ignotorum possessorum manus delapsus est codex, donec tandem sub dimidium elapsi saeculi ad eminentissimum Card. Camillum de Maximis pervenit. Post id tempus in clarissima hac Romanorum familia maximo studio servatum est egregium hoc monumentum, ex qua cum hereditario iure eo potitus esset nobilissimus Marchio Camillus de Maximis, hic paucis ab hinc annis codicem hunc magno reapse Pontifice dignum hodierno possessori augusto, summo, ut videtur, eiusdem litterarum, ac librorum studio & amore ductus, dono obtulit, splendidissi-

(1) *De typ. Hebraeo-Ferrar.* pag. 103. & seqq.

dissime compactum, eruditaque ms. epistola clarissimi Pedemontani Praesulis Philippi Damiani de Priocca illustratum.

§. VII.

Clarorum virorum de pontificio codice testimonia

NOstrum hoc cimelium apud eminentissimum de Maximis viderat Bartoloccius, qui in bibliotheca Rabbinica loquens de codicibus, qui Hebraicum textum, ac Chaldaicam paraphrasim alternis sibi versibus succedentes exhibent, post enumeratos nonnullos, qui in Vaticana bibliotheca reperiebantur, haec de nostro hoc codice scripta reliquit (1): *Consimile*, inquit, *exemplar duobus magnis tomis distinctum, & elegantissime in pergameno conscriptum, iisdemque characteribus quadratis, punctis insuper vocalibus, & accentibus in utroque textu appositis, additis Massoretarum annotamentis in interiori, & exteriori margine libri, asservatur apud altam semitam in aedibus, & selectissimorum librorum bibliotheca eminentissimi Card. Camilli Maximi*. Haec ca-

(1) Biblioth. Rabbin. tom. I. pag. 407.

eadem ex Bartoloccio repetit Chriſtophorus Wolfius in bibliotheca Hebraea (1). *Bartoloccius*, inquit is, *teſtatur in bibliotheca Vaticana plurimos eiuſmodi codices numerari, qui textum Hebraicum, ac verſionem Chaldaicam alternis verſibus ſibi ſuccedentes exhibeant, inter quas prae ceteris recenſet unum maximum num. 1., quem vix duo homines tollere poſſint* (2), *& alterum duobus voluminibus comprehenſum, eumque membranaceum, qui apud altam ſemitam in bibliotheca Card. Camilli Maximi exſtet.* Inferius vero ac ſequenti pagina: *Nec omittendum*, ſubdit Wolfius, *hic eſt exemplaria mſs. paraphraſes interdum non minus, quam contextum Hebraeum accentibus inſtructas exhibere. Talem codicem habet bibliotheca Ienenſis. Eiuſmodi eſt & is, quem ex bibliotheca Card. Camilli Maximi poſt Bartoloccium modo memoravimus.* Ex hiſce codicibus a Bartoloccio, ac Wolfio memoratis, qui alternis verſibus Hebraicum contexum, ac Chaldaicam paraphraſim ſiſtunt, duodecim apud me reperiuntur

(1) Tom. II. pag. 1155. & ſeq.

(2) Hic idem codex eſt, ex quo clariſs. Aſſemannus Chald. Eſth. additamenta edidit, & cuius varias nos eorumdem lectiones producimus.

tur in mss. meorum indice designati sub num. 8, 12, 31, 42, 230, 248, 264, 265, 266, 419, 549, 555.

§. VIII.

Codicis usus augusti possessoris clementia auctori concessus. Eius praestantia, ac singularia

QUum eo potissimum consilio instituto-que sub finem anni MDCCLXXVIII. Romam peterem, ut vetustissimas Hebraicas editiones, ac codices in annalium meorum Hebraeo-typographicorum, novaeque, quam molior, variarum sacri textus lectionum collectionis praesidium detegerem, nihil habui antiquius, quam ut pontificium codicem a nemine hucusque collatum intuerer, ac conferrem. Votis meis, publicaeque utilitati, quam ea unice respiciebant, tanta benignitate adfuit clementissimus Pontifex feliciter regnans PIUS VI., ut nulla interposita mora ultro amplissimum, nec definitum apud amicum meum singularem, eumque doctissimum sacrarum litterarum professorem Iosephum Reggium co-

dicis usum concesserit, non annuens iam solum, sed pro incredibili, quod fovet, religionis studio vehementer etiam adhortans, ac iure suo postulans, ut collatione ipsa codicis, variisque excerpendis lectionibus ad divinarum litterarum, sacraeque criticae bonum uterer. Miratus sum ego codicis praestantiam, quam non ab optima eius conditione, non a characterum specie, vel membranarum nitore, non ab auro & insigni, quo superbiebat, ornatu artificioque dimetiebar, sed a singularibus rebus, quae ipso continebantur. Primum enim Chaldaica in fere omnes veteris testamenti libros paraphrasis, quod in perpaucis codicibus fit, in eo conspicitur. Soli, ut diximus, Danielis, Esdrae, & Chronicorum libri excipiuntur. Tum vero Chaldaica Estheris additamenta hic exhibentur, quae in paucioribus adhuc codicibus exhiberi norunt sacri bibliophili, eaque, quod animadvertendum in primis est, exhibentur ut sacra & canonica, aut ea saltem ratione, ut eorum canonicitas ac veritas confirmari plurimum possint. Demum variae sacri textus lectiones optimae notae ac frugis tanta in eo copia comprehendun-

tur,

tur, ut amplissimus ex his solis in sacram criticam fructus & uberrimus redundet, insigniaque ad Kennicottiana biblia supplementa suppeditentur.

§. IX.

Variae codicis lectiones. Auctoris consilium, & institutum

QUAE cum ita sint, rem me sacris criticis utilem ac pergratam, immortalis vero possessoris menti, voluntatique consentaneam facturum esse ratus sum, si ex singulari hoc codice Chaldaica Estheris additamenta, & variarum lectionum specimen ederem. De Chaldaicis Estheris additamentis, eorumque ratione, nostraque hac editione consulantur, quae in dissertatione nostra inferius dicemus. Nunc de variarum lectionum specimine. Quadringentas nos & quadraginta circiter varias lectiones ex codice decerpsimus, insignes omnes, selectas, optimas, criticorum attentione ac studiis dignissimas. Harum nonnullas tetigimus in nuperrimo commentario de typographia Hebraeo-Ferrariensi, ubi de perraro Ferra-

rienſi Pentateucho Hebraeo bibliographis omnibus ignoto, eiuſque variis lectionibus egimus. Quadraginta nunc exhibemus ex variis hinc inde bibliorum libris decerptas, & iuxta Hebraicum canonem ordine diſpoſitas. Reliquas integrae noſtrae variarum lectionum collectioni reſervamus. Quas porro ſiſto ſacri textus lectiones, criticis plerumque notis, & obſervationibus illuſtro, meorumque potiſſimum codicum, graviſſimaque vetuſtiſſimarum verſionum, & editionum auctoritate confirmo. Meos autem codices vix innuo, brevitatiſque gratia ſub eo tantum numero deſigno, quem in mſs. meorum indice nunc occupant, in certas adhuc claſſes non diſtributo. Quaenam ſit uniuſcuiuſque codicis ratio, conditio, aetas, abunde dignoſcent critici tum ex generali mſs. ipſorum indice, quem paro, tum ex peculiari Hebraeo-biblicorum, quem animus eſt edere ſeorſim, meaeque Heb. codicum collationi praefigere. Chaldaicis Eſtheris additamentis, variarumque lectionum ſpecimini praeter praemiſſam hanc codicis deſcriptionem, quam res ipſa poſtulare neceſſario videbatur, binas diſſertatiunculas adiiciendas putavi,

qua-

quarum altera eadem additamenta, eorum divinitatem, ac fidem, auctores, varia exemplaria respicit, altera vero Chaldaicam pontificii codicis paraphrasim eiusque usum. In hac postrema illustratur potissimum celeberrimus locus I. Sam. VI. 19. de Bethsamitarum caede, meaque in hunc locum sententia olim exposita a cl. Husnagelii, doctissimique equitis Davidis Michaelis obiectis vindicatur. Etenim quum novo illa praesidio, & argumento a pontificio paraphrasta, qui hic a communi recedit, corroboraretur, commodissimus hic locus visus est in examen perbreviter vocandi, quae duo illi auctores clarissimi adversus illam disputaverant.

SPE-

II.

SPECIMEN

VARIARUM LECTIONUM

SACRI TEXTUS PONTIFICII CODICIS

HISTORICO-CRITICIS OBSERVATIONIBUS

ILLUSTRATUM

G E N E S I S

XXXII. 21 *Expiabo faciem eius oblatione*, vel munere *eunte ante me* לפני, legit hodiernus textus. Codex pontificius habet לפניו *ante eum*, videlicet ante Eſau; ſed ſeriori manu correctus eſt codex. Lectionem hanc confirmant duo codices Kennicottianae collectionis, & LXX. interpretes, qui vertunt ἐν τοῖς δώροις τοῖς προπορευομένοις αὐτοῦ, *muneribus praecedentibus illum*. Hinc intelligimus exſtitiſſe antiquitus, ut exſtant etiamnum, codices, qui ſuffixum tertiae perſonae haberent, etſi communis lectio maiorem praeſeferat auctoritatem, eique non reliquae modo verſiones (una vulgata excepta, quae affixum non exprimit) ſed & infiniti codices adſtipulentur.

XLI. 23 אחריהם *post eos*. Codex noster legit אחריהן *post eas*, ut postulat contextus analogia, & ut reapse legunt textus Samaritanus, viginti tres codices Kennicottiani, & ex meis novemdecim, videlicet 2, 3, 5, 14, 16, 197, 250, 262, 266, 296, 384, 414, 419, 464, 476, 500, 535, 543, 562, in quorum tamen nonnullis alia lectio a correctoribus restituta est. At vero sexaginta sex & amplius alii mei codices, & quotquot apud me exstant editiones, inter quas quatuordecim antiquissimae, summo consensu enallagen hic generis in scripturis creberrimam sequuntur.

XLII. 3 *Ut emerent frumentum ex Aegypto* ממצרים. Codex pontif. במצרים *in Aegypto*. Ita vulgatus interpres, & septemdecim codices Kennicottiani, ex quibus bini editi. Ita viginti & unus ex meis codicibus in mss. meorum indice designati sub num. 10, 13, 14, 16, 17, 18, 197, 230 primo, 250, 251, 262, 266, & 419, uterque ante correctionem, tum 455, 476, 500 primo, 507, 539, 543 nunc., 579 primo, & 606. Congruunt biblia Soncin. ann. MCCCCLXXXVIII. Primaria Pentateuchi editio Bononiensis anni

ni MCCCCLXXXII. utrique lectioni favet. Habet enim litteram mem, sed punctis vocalibus instructam litterae beth absque ullo daghesc in sequenti. In Londinensibus polyglottis Chaldaeum ita exprimit Latina versio, ac si & ipse nostrae huic lectioni faveret, sed mendose & perperam, quum in Targumico textu communis lectio habeatur.

E X O D U S

XVII. 2 תנו *date*. Codex תנה *da* in singulari. Sic Samaritanus textus, LXX., vulgatus, Syrus, & duodecim codices Kennicottiani, inter quos duo editi, quibus & nonnulli ex meis accedunt. Favet analogia contextus, quum solum Mosem populus alloquatur. „ Emendatius תנה, notat hic Hou„ bigantius. Etenim antea dictum est, *rixa„ tus est populus cum Mose*; postea dicitur: „ *quare mecum rixamini*; servato numero „ singulari mecum, ut nefas sit venire in „ medium תנו pluralem (1) „. Chaldaica paraphrasis, quae Hebraicum textum in codice

(1) *Notae crit*. in h. l. tom. I. pag. 88. seq. nuperr. edit. Francof.

ce noſtro comitatur, in ſingulari etiam primum legebat הבה ; ſed utrobique correctum, & hodierna lectio pluralis reſtituta.

XXXVI. 29 יהיו *erunt*. Codex היו *fuerunt*, ut Samaritanus, & octodecim codices Kennicottiani, inter quos Regiomontanus prior, & Erfurtenſis ſecundus. Conſulantur Lilienthalius (1), & Ioh. Henr. Michaelis in notis ad hunc locum. Viginti duo ex mſs. meis codicibus lectioni huic adſtipulantur, ſuntque 1, 2, 9, 13, 18, 19, 197, 248, 250, 264, 265, 266, 274, 296, 319, 464, 479, 503, 507, 529, 543, 549, etſi in eorum plerisque a recentioribus ſcribis reſtituta ſit hodierna lectio. Ex antiquiſſimis editionibus, quae in manibus meis ſunt, lectionem hanc ſequitur Pentateuchus cum quinque Megilloth, & Aphtaroth ſine punctis in 4 abſque ulla loci & anni indicatione editus. Grammatica etiam contextus analogia, & vetuſtae omnes verſiones huic lectioni favent, quam tamen reiicit, aſperioribuſque verbis damnat ſcriba, vel corrector codicis II. Erfurtenſis, notans ad marginem ſtul-

(1) *Commentatio critica de duob. codd. Regiom.* p. 107.

ſtultos eſſe, & a via veritatis aberrare, qui ſic ſcribunt.

LEVITICUS

XXVI. 39. *In terris*, vel *regionibus* איביכם *inimicorum veſtrorum*. Cod. pont. legit איביהם *inimicorum ſuorum*, ut Samaritanus textus, LXX., vulgatus, Syrus, Symachus, Theodotio, verſio Arabica communis, verſio Hebraeo-Arabica Mauritana ab Erpenio edita, & Arabico-Samaritana inedita codicis tritapli bibliothecae Barberinae (1), quae & ipſa vertit ࠀࠏࠃࠀࠉࠄࠌ, أعدايهم. Ita ex antiquis illuſtrioribus interpretibus unus Chaldaeus excipiendus eſt, ſi is quidem eſt excipiendus. Etenim etſi in impreſſo textu communem is lectionem ſequatur, in mſs. tamen codicibus ſaepiſſime lectionem pontificiam luculenter confirmat, & quatuordecim apud me exſtant codices Targumici, qui

C non

(1) De hac verſione praeter Biornſthalium eruditiſſime nuperrime egerunt clariſs. Hwiidius in *ſpecimine inedit. verſionis Arab. Samar. e cod. Barber.*, & doctiſſimus Georgius in epiſtola *de verſionibus Arabicis*. in 8. Romae 1780.

non aliter legunt, ſuntque cod. 5, 10, 11, 230, 248, 257, 264, 345, 404, 419, 500, 549, 555, 592. Immo vero non deſunt editiones Chaldaicae paraphraſis, quae ſuffixum tertiae perſonae hic exhibeant. Eiuſmodi eſt extremae raritatis editio pentateuchi membranacea XV. ſaeculi apud me etiam exſtans, a bibliographis hucuſque omnibus ignorata, de qua inferius, ubi de Chaldaica pontificii codicis paraphraſi agimus §. II, ſermonem iterum habemus. In hac editione in Targum, quod ſacro textui adhaeret, manifeſtiſſime legitur דבעלי דבביהון *inimicorum ſuorum*. Congruit inedita verſio Pentateuchi Veneti Graeci, ſeu Helleniſtici a Iudaeo ex Hebraeo fonte translati bibliothecae divi Marci, qui vertit ἐν οἰκίαις τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν. Quod vero attinet ad mſs. codices Hebraici textus, lectionem hanc noſtram adſtruunt codices viginti & unus collectionis Kennicottianae, ad quos referendi proculdubio codex Stutgardianus, Erfurtenſis III, & volumen Halenſe. Kennicottianis addendi ſunt triginta & octo ex meis codicibus, videlicet 1, 2, 7, 10, 13, 14, 16, 18, 19, 196, 197, 223, 230, 248, 262, 263, 264,

264, 274, 293, 408, 419, 440, 443, 450, 455, 464, 475, 495, 500, 503, 507, 529, 539, 543, 549, 554, 555, 592, ex quibus undecim recentiori ſcribarum manu correcti ſunt, & ad hodiernam lectionem accommodati. Ex exteris codicibus a me in hoc ſpeciali loco collatis pontificiae lectioni adſtipulantur tres Vaticani, ſcilicet II. ante correctionem., & I., & III. inter Urbinates, Caſanatenſes quatuor FF III. 15, FF IV. 21 primo, FFF IV. 1, FFF IV. 3, bini codices Pentateuchi, alter in fol. ann. MCCCCXLII., alter in 4 an. MCCCCXXXII bibliothecae Emi Zeladae, codex integrorum bibliorum bibliothecae Barberinae an. MCCCLXXXXVII. tum in textu, tum in Targum, codex Pentat. in 8 Rabb. abſque punctis bibliothecae Angelicae ante correctionem, codex Pentat. in 4. min. bibliothecae noſtrae regiae Parmenſis, codex Bononienſis integrorum bibliorum PP. divi Dominici MM VI. 15, codex antiquiſſimus Pentateuchi Caeſenae bibliothecae Malateſtianae, codex demum bibliorum integer Liburnenſium Iudaeorum fratrum Ergas. Ex editionibus, quas ipſe poſſideo, lectionem hanc habent

biblia Brixiensia anni MCCCCLXXXXIV., bini Pentateuchi Brixienses anni MCCCCLXXXXII., & MCCCCLXXXXIV., Pentateuchus Sabionetensis sine anno, & absque punctis in 16, per Cornelium Adelkindum editus circa annum MDLIII. vel MDLIV., Pentateuchus alter Venetus in 16 absque punctis an. MDLXXXVIII, & bini alii Pentateuchi Sabionetae excusi, alter cum Targum anni MDLVII, & alter sine Targum an. MDLVIII ad margin. Lectionem hanc marg. Pent. Sabion. cum Targ. in criticis suis notis animadvertit iam Norzius, eamque, Todrosii auctoritate suffultus, & gravissimam, quam produximus, Sam. textus, antiquarum versionum, mss. codicum, editionum auctoritatem ignorans, ac negligens, inter menda retulit. Plerosque etiam codices hic neglexisse videtur Kennicottius, quum in tanta collatorum exemplarium copia verosimile non sit nonnisi viginti & unum reperiri, quae hanc lectionem habeant, praeter unum dubium, & tria edita.

NUME-

NUMERI

XXXI. 12 *Et ad coetum filiorum Israel*. Codex כל עדת *omnem coetum*; sed corrector codicis additamentum istud expunxit, quod gravissima Samaritani textus, LXX. interpretum, Syri, vulgati auctoritate confirmatur. Ita etiam legit Arabs Erpenii والى جميع جماعة *& ad omnem conventum*, ut observat etiam ad hunc locum Houbigantius, qui lectionem hanc receptae anteponit. Hanc ipsam voculam additam habent quoque codices Stutgardianus (1), codex Helmstadiensis (2), codex Pent. in 8 bibliochecae regiae Parmensis, & viginti & unus ex Kennicottianis. Illam demum servant viginti ex mss. meis codicibus 2, 16, 18, 12 ante correctionem tum in textu, tum in Targum 174, 187, 196 primo, 197 ad marginem, 230 utrobique primo in textu, & Targum, 238 ad marg., 251, 262, 296, 440 etiam primo in tribus postremis hisce codi-

(1) Schellingii *descriptio cod. Stutgard.* pag. 117.

(2) *Descriptio cod. eiusd. sub finem dissert.* II. *Kennicot.* pag. 58.

codicibus, 464, 467, 495, 503, 543, 549, etiam in Targum, cui accedit Targum cod. 592.

XXXV. 5 *Erit* להם *eis*. Codex noſter primo לכם *vobis*. Conſentiunt Samar., LXX., Syrus, Chaldaeus, novemdecim codices collectionis Kennicottianae praeter tres dubios, & binos, qui hic abraſionem oſtendunt. Ad Kennicottianos referendus commemoratus codex Helmſtadienſis apud Vogelium (1). Quinam ex mſs. meis codicibus lectionem hanc tueantur, alibi exponemus.

DEUTERONOMIUM

XIII. 12 *Ad faciendum*. Codex pont. לעשות עוד *ad faciendum amplius* primo. Non aliter legit textus Samaritanus, LXX., & octo codices Kennicottiani, quibus novem ex meis accedunt, videlicet 10, 16, 185, 197, 348 tum in textu, tum in Targum, 262, 419, 443, 543. Sed duobus primis & ultimo exceptis reliqui ſeriori manu correcti ſunt. In hiſce porro codicibus bini, ſeu 10,

(1) *Deſcript. cod. Helmſt. loc. cit.* pag. 60.

1(, & 262 remotiſſimae antiquitatis ſunt, ac prior ille ad X, vel XI ſaeculum, poſterior ad eamdem, vel remotiorem aetatem referendus, & ſi epigraphi crederemus, quam nuperrime attulit doctiſſimus Comes Rezzonicus, digniſſimus in hac noſtra academia politiorum litterarum praeſes (1), ad tempora Veſpaſiani Imperatoris Auguſti. Sed haec alibi excutientur.

IOSUE

VIII. 27 *Iſrael*. Cod. pontific. בני ישראל *filii Iſrael*. Concinunt LXX., vulgatus, Syrus, Arabs, & codices Kennicott. nonaginta ſex, in quorum numero bini oratoriani 55, & 56 ab Houbigantio allati, qui meliorem hanc lectionem iudicat. Chaldaeus in polyglottis impreſſus communem lectionem ſequitur, ſed Chaldaica paraphraſis noſtri codicis filiorum nomen & ipſa exprimit.

XV. 19 *Deditque ei*. Codex: *Deditque ei Caleb*. Calebi nomen referunt etiam codex LXX interpretum Alexandrinus, vulgatus, & Syrus interpres. Item quindecim mſs. codices

C 4

(1) *Ragionamento ſu la volg. poeſia*; Frugoni opere tom. I. pag. 152. ſeq.

dices Kennicottiani , & unus abrasus , in quorum numero locum proculdubio habent tres Erfurtenses, II , III , V a Michaelis memorati in notis ad hunc locum, & Regiomontanus posterior a Lilienthalio productus in critica sua commentatione pag. 181. Ex meis codicibus undecim lectionem hanc sequuntur, scilicet 1, 2, 13, 20, 21, 210, 211, 226, 440, 554, 579, ex quibus alii Calebi nomen aperte, & integerrime referunt, ut 1, 13, 211, 554, alii absque punctis, ut 20, 440, 579, alii correctum, ut 210, alii demum ad marginem suppletum, ut 2, 21, 226. Codicibus hucusque productis accedit antiquissimarum editionum praesidium. Calebi nomen exhibet primaria Iosue, ac priorum Prophetarum editio Soncinensis anni MCCCCLXXXVI., biblia Sonc. MCCCCLXXXVIII., biblia Brixiensia anni MCCCCLXXXXIV. Item biblia antiqua XV saeculi sine anno, & loco. De hac lectione nihil Schulzius in collatione bibliorum Brixiensium; nihil etiam cl. Maschius in specimine editionum masorethicarum, & anasorethicarum in Iosue nuperrimae eius bibliothecae sacrae praemisso.

XXI.

XXI. 36. 37. Leguntur in pontificio codice duo hi celeberrimi versiculi tot codicum, versionum, editionum auctoritate firmati, de quibus multa nos alibi dicturi sumus. Kennicottius observat hosce versiculos habere mss. codices 156, impressos 23. De antiquis fortasse editionibus solis ipse loquitur; nam universim biblia impressa, quae illos habent, sunt multo plura, & ipse unus viginti quinque, vel viginti sex editiones possideo, in quibus exstant. Plures etiam editiones in horum versiculorum praesidium attulerunt Hodyus, Abichtius, Fabricy, Lilienthalius, Husnagelius in notis ad novam editionem opusculi mei de Heb. typographiae origine. Nuperrime doctiss. Maschius in Lelongii bibliotheca sacra a se recusa viginti octo editiones in specimine superius commemorato producit, quibus plures aliae addendae sunt ab eo omissae, atque ex antiquioribus, quaeque magis faciendae sunt a criticis, Leirensis priorum Prophetarum editio anni MCCCCLXXXXIV, Thessalonicensis altera anni MDXXXV, hucusque ignota, quam nuperrime deteximus, & acquisivimus, editio Pisaurensis eorumdem Prophetarum

rum

rum cum commentario Kimchii anni MDXI, Pisaurensis altera eorumdem Prophetarum cum comm. Abarbanelis circa eumdem annum curata; etsi editio haec eadem omnino cum praecedenti quoad sacrum textum censenda sit. Facta enim utriusque huius editionis, quae apud me exstat, collatione, observavi eumdem textum in secunda editione esse servatum, solumque Abarbanelis commentarium Kimchiano substitutum. Hoc idem animadverti factum esse in Prophetis posterioribus (1), qui Pisauri etiam cum utroque Kimchii, & Abarbanelis commentario prodierunt, primo quidem cum com. Kimchii an. MDXVI, deinde cum com. Abarbanelis an. MDXX. Etiam utraque posterior haec editio in manibus meis est.

I. SAMUELIS

VII. 1 *In Gabaa*. Codex אשר בגבעה, *quae est in Gabaa*. Ita LXX, Syrus, Chaldaeus, Arabs, & triginta quinque codices Kennicottia-

(1) Ita tamen, ut nonnulla minoris momenti, nonnullaeque lectiones mutatae sint. Vide infra *Isai.* XXXIII. 1.

cottiani, inter quos Regiomontanus secundus, & utraque Soncin. editio, prior Prophetarum anni MCCCCLXXXVI, & altera integrorum bibliorum anni MCCCCLXXXVIII designatae sub num 257, & 260.

XIV. 44 *Faciat*. Cod. יעשה לי *faciat mihi*, cum quo consentiunt LXX, vulgatus, Syrus, Chaldaeus, etiam in nostro codice, Arabs, & centum codices collectionis Kennicottianae, inter quos Argentinensis I a doctissimo Oberlino illustratus (1). Ex antiquis meis editionibus (nam codices alibi expendemus) lectionem hanc tuentur Prophetae priores Sonc. anni MCCCCLXXXVI, biblia Soncin. an. MCCCCLXXXVIII, Brixiensia an. MCCCCLXXXXI, a Maschio in suo specimine omissa, biblia antiqua absque anno, & loco, biblia Bombergiana anni MDXVIII ad marginem, biblia demum Munsteriana an. MDXXXVI, quae hic variae huius lectionis indicium apponunt, in catalogo vero variarum lectionum sub finem excuso notant יש שקוראים יעשה לי, *sunt qui legunt*, *faciat mihi*. Munsteriana anni MDXXXIV, & MDXXXXVI lectionem etiam hanc ad marginem referunt. In editione Lei-

(1) *Miscella litter.* pag. 75.

Leirensi priorum Prophetarum deficit לי, sed antiqui possessoris manu, ut omissum, suppletum est in meo exemplari.

XXVI. 1 *In facie Iesimon*. Codex noster אשר על פני, *qui est in facie Iesimon*, ut legunt viginti duo mss. codices, & quinque editi recensionis Kennicottianae. Ex horum tamen numero expungendus est codex 224, seu Regiomontanus II qui, si Lilienthalio fides habenda est eius descriptori, aliam prorsus ad marginem lectionem exhibet. Ait enim eum habere in textu communem lectionem על פני, sed absque punctis, ut abiiciendam, in margine vero pro ea a correctore suppletum fuisse אשר מימין, *qui est ad dexteram Iesimon*, ut plane legitur capite XXIII. 19 (1). Seorsim ergo, ut diversa, ac nova ex paralello loco hausta, ac suppleta referenda est Regiomontani codicis lectio, numquam ad nostrae huius confirmationem. Versiones antiquae confirmant omnes lectionem codicis pontificii. Syrus vertit ܘܗܘ ܩܕܡ ܐܫܝܡܘܢ *qui est ante Asimon*. Chaldaeus די על אפי ישימון, vel דעל coniunctim, ut habet Leirensis editio, *qui est super facie Iesimon*.

Vul-

(1) Lilienth. *comment. critic.* pag. 210.

Vulgatus, *quae est ex adverso solitudinis*. Codex Vaticanus LXX. additamentum hoc non habet, sed illud exprimit codex Alexandrinus τοῦ κατὰ πρόσωπον τοῦ Εἰεαϛαιμοῦ. Arabs relativum التى anteponit, illudque exhibet ante Chavillae nomen. Ex antiquis porro editionibus nostri codicis lectioni adstipulantur Prophetae priores anni MCCCCLXXXVI, & biblia Sonc. an. MCCCCLXXXVIII. Eam etiam exhibent Munsterii biblia anni MDXXXVI in variarum lectionum indice, & utraque biblia Bombergiana anni MDXVII, & MDXVIII ad marginem. In versiculo etiam 3 proxime sequenti, ubi habetur lectio paralella, vocabulum אשר exprimitur.

XXVI. 23 *In manum*. Cod. pontif. בידי *in manum meam* melius, ut habent LXX, vulgatus, Chaldaeus, Syrus, & Arabs, nisi quod LXX, & Syrus in plurali numero legant suffixum, vertantque *in manus meas*. Sic legunt Kennicott. codices viginti duo, & ex meis quamplures, & ex antiquis editionibus, Prophetae priores anni MCCCCLXXXVI, biblia Soncin. anni MCCCCLXXXVIII a Kennicottio hic, ut puto, omissa, quum inter ceteros numeros non afferatur 260, qui haec

biblia

biblia innuit, & Brixiensia an. MCCCCLXXXXIV, quorum lectionem, ac dissidium non notat Maschius, etsi illam attulerit iam Lilienthalius in notis ad posteriorem codicem Regiomontanum; qui pontificii lectionem confirmat. Accedunt biblia Bombergiana anni MDXVIII ad marginem, Munsteriana anni MDXXXIV, & MDXXXXVI item ad marginem, & alia anni MDXXXVI in indice variarum lectionum. Editio priorum Prophetarum Leirensis, & biblia antiqua absque anno, & loco variae nostrae lectionis vestigia servant.

XXVIII. 17 מידך *A manu tua*. Codex clare & absque ullo correctionis indicio legit מעליך *a te*. Congruit Chaldaeus tum in impresso textu, tum in mss. nostro codice, & bini codices Kennicottiani.

I. REGUM

I. 20 ואתה *Et tu*. Codex ועתה *& nunc* cum vulgato, & Chaldaeo interprete, quibus accedunt Kennic. codices nonaginta quatuor, & ex meis viginti duo, scilicet 2, & 16 ante correctionem, 20, 21, 187 primo, 191, 211, 226, 230, 248, 262 primo,

mo, 240 ad marg., 419, 443, 476, 518, 545 primo, 547, 562, 579, 594, 614. Ex antiquissimis meis editionibus sic legunt Prophetae priores anni MCCCCLXXXVI, biblia Soncin. an. MCCCCLXXXVIII, & antiqua absque anno, & loco. Lilienthalius, qui binos codices Regiomontanos ita legentes producit, lectionem hanc hodiernae anteponit, idemque facit Houbigantius in notis criticis ad hunc locum. *Nihil est enim*, inquit ipse, *in oratione, quod continuet seriem in nominativo* ואתה *incoeptam*.

XVI. 27 *Quae fecit*. Codex וכל אשר עשה *& omnia, quae fecit*. Ita LXX., & Syrus, & viginti & unus codices Kennicottiani, inter quos Regiomontanus II, & bini priores Erfurtenses apud Michaelis. Ita etiam apud me plures antiquissimae editiones, Prophetae priores Sonc. MCCCCLXXXVI, biblia Soncin. MCCCCLXXXVIII, biblia Brixiensia anni MCCCCLXXXXIV etiam hic a cl. Maschio, & ut puto, a Schulzio quoque omissa, Prophetae priores cum comm. Kimchii Pisaurenses anni MDXI, & iidem Prophetae cum comm. Abarbanelis absque anno, sed circa id tempus editi, tum biblia Veneta an. MDCVII,

& MDXVIII

& MDXVIII in folio, & in 4 ad marginem, & Munſteriana anni MDXXXVI in variarum lectionum indice, cum quibus conſentit editio Munſteri prima anni MDXXXIV. Codices meos, qui huic lectioni faveant, alibi exponemus. Cum ergo tot codicum, editionum, & verſionum praeſidio muniatur haec lectio, perperam eam purum ſolius editionis Piſaurenſis priorum Prophetarum cum comm. Abarbanelis mendum in notis criticis ad hunc locum putat R. Iedidaeus Norzius.

XIX. 13. *Dixitque*. Codex addit לו *ei* cum interprete Syro, & Chaldaica noſtri codicis paraphraſi, & ſex codicibus Kennicottianis, inter quos Regiomontanus uterque apud Lilienthalium.

II. REGUM

IX. 11 *Et dixit ei*. Codex legit ויאמרו *& dixerunt*, ut plane exigit ſenſus, & analogia contextus, quum verbum hoc referatur ad ſervos, ad quos egreſſus eſt Iehu. In plurali ſane vertunt LXX, vulgatus, Syrus, & Arabs, & in plurali legunt novemdecim codices Kennicottiani praeter unum dubium,

bium, ex quibus quinque ſunt editi. Maſorethae ipſi, ut notat Norzius, coniiciunt ſingularem lectionem poni hic pro plurali.

XV. 13. *Trigeſimo nono anno Uziae*. Pontif. codex legit: *Trigeſimo nono anno Azariae*. Ità LXX, vulgatus, & Chaldaeus, & triginta & unus codices Kennicottiani. In his quatuor Erfurtenſes, & Regiomontanus poſterior, quos iam produxerant Michaelis, ac Lilienthalius. Sic etiam legunt biblia Soncinenſia anni MCCCCLXXXVIII, Prophetae priores anni MCCCCLXXXVI, biblia Brixienſia, biblia antiqua abſque anno & loco, Bombergiana an. MDXVIII ad marginem, Munſteriana II anni MDXXXVI. in indice variar. lectionum. Praeter Schulzium, & Maſchium Brixienſium bibliorum lectionem hic praeterit Kennicottius, qui inter quatuor codices editos ab eo productos non memorat num. 264 noſtra haec biblia denotantem.

XIX. 16. *Verba Sennacherib*. Cod. pontif. addit כל *omnia*, quod corrector non expunxit, conſentientibus vulgato, Syro, Chaldaeo, Arabe, & triginta & uno codicibus Kennicottianis, tum antiquioribus fere omnibus meis editionibus, Prophetis prioribus

ribus Soncin. MCCCCLXXXVI, bibliis Soncin. anni MCCCCLXXXVIII, Brixiensibus anni MCCCCLXXXXIV, quorum lectionem etiam hic omittit Maschius, bibliis antiquis sine anno, & loco. Lilienthalius, qui in huius lectionis confirmationem Regiomontanum codicem II adducit, ex antiquis versionibus solum excipit Chaldaeum; male, quum LXX potius excipere debuisset, non Chaldaeum, qui ita legit non solum in Londinensi, sed etiam in antiquissima, & omnium prima Leirensi editione, etsi in Leirensi textu Hebraico, cui adhaeret, additamentum hoc desideraretur.

IEREMIAS

In pontificio codice Propheta hic primus in posteriorum Prophetarum ordine occurrit. Hoc eodem ordine, ex quo utiliter ad defendendam novi foederis, ac Matthaei potissimum evangelii divinitatem argumentantur theologi, & interpretes, occurrit Ieremias in antiquo canone talmudico, & in sexcentis optimae notae codicibus a sacris criticis hucusque observatis, &

pro-

productis, quibus nonnulli ex meis adstipulantur.

XLIX. 21. *Audita est vox eius*. Codex קולם *vox eorum*. Insigni codicum, & editionum apparatu confirmatur haec lectio. Ex meis codicibus viginti septem ita legunt, scilicet 3, 4, 20, 23, 24, 25, 26, 27, 186, 187, 196, 274, 305, 346, 380, 409, 411, 440, 512 primo, 518, 545 nunc, 548 primo, 554, 560, 576, 579, 596. Ex Romanis codicibus in hunc locum a me collatis, pontificii codicis lectionem tuentur Vaticani tres, I, II, & V inter Urbinates, codex integrorum bibliorum in 4 bibliothecae collegii propagan. fidei, codex integrorum bibliorum bibliothecae collegii Maronitarum, codex posteriorum Prophetarum rabbinicus in 4 bibliothecae Angelicae, codex integrorum bibliorum in folio bibliothecae Barberinae etiam in Targum, codex integrorum etiam bibliorum in 4 bibliothecae Chisianae, codex Prophetarum, & hagiographorum in folio anni MCCCLVI bibliothecae Cardinalis Zeladae, codex demum Prophetarum item, & hagiographorum in folio apud cl. Pochium ante correctionem.

Accedunt codex XXXI integrorum bibliorum bibliothecae Laurentianae in folio, codex integrorum etiam bibliorum mutilus in 8 bibliothecae Magliabecchianae, codex XXIX bibliothecae Estensis, codices quatuor Iudaeorum Liburnensium, Regiomontanus II, & Erfurtenses tres, scilicet I, II, & V primo apud Michaelis. Lectioni huic ex antiquis interpretibus adstipulatur Chaldaeus paraphrasta, cui perperam Lilienthalius addit Syrum, quum Syriaca versio edita receptam lectionem sequatur, ut & inedita Estranghela hexaplaris Ambrosiana (1), quae vertit ܡܠܐ ܕܠܟ cum Origeniana nota ad marginem ܕܠܟܝ. Ex vetustis, quas possideo, editionibus lectionem pontificiam sequuntur primaria posteriorum Prophetarum editio Soncin. anni MCCCCLXXXVI, & Ulyssipponensis Isaiae, ac Ieremiae anni MCCCCLXXXXII, non anni MCCCCLXXXXVII, ut ex perperam intellecta epi-

(1) De sing. hac vers. consulatur *specimen* meum de ea editum, & doctissimus Borgia *append. ad com. de cruce Vaticana* pag. 65. seqq.

epigraphe male hucusque crediderunt Le-Longius, Maittairius, Wolfius, Maschius, Kennicottius, omnes uno verbo, qui de ea scripserunt, bibliographi, egoque ipse eorum fidem sectatus in opusculo de Hebraicae typographiae origine, ubi testatus sum auctorum defectui supplere me non potuisse, propterea quod nullum in manus nostras exemplar pervenisset, nec ullibi videre contigisset. Nec enim ulla hucusque bibliotheca producta est, in qua editio haec servetur; quamobrem Kennicottius aperte conscripsit in statu collationis *nullum compertum esse locum, in quo modo custodiatur* (1). Sed bina iam apud me exstant nunc huius cimelii exempla, ex quibus manifestissime patet, ut fuse in appendice ad annales nostros Hebraeo-typographicos docebimus, ad annum MCCCCLXXXXII esse editionem referendam. Ex posterioribus editionibus lectionem hanc retinent editio Pisaurensis poster. Prophetarum anni MDXVI cum comm. Kimchii, Pisaurensis altera eorumdem Prophetarum cum comm. Abarb. anni MDXX, biblia Veneta anni

 MDXVII,

(1) *Place, vvhere novv preserved, unknovvn*. The ten annual accounts pag. 105.

MDXVII, MDXVIII, MDXXI, & Munſterii Hebraeo-Latina anni MDXXXIV, biblia Roberti Stephani in 4 & Veneta Bragadina in 12 an. MDCXV, quibus ex Henrico Michaelis Veneta alia in 4 an. MDCXIV (potius MDCXIII - MDCXV) & MDCLXXVIII, & ex nuperrimis humaniſſimi, doctiſſimique Fabricy litteris ad me datis, bina adhuc alia etiam Veneta in 4 anni MDCXIX, & MDCXXXV addenda ſunt. Polyglotta Londinenſia communem lectionem ſequuntur, ac mendoſa idcirco habenda eſt Latina eorumdem verſio, quae aliter textum repraeſentant.

E Z E C H I E L

XI. 19. *Spiritum novum dabo in corde vel interiori veſtro* בקרבכם. Codex pontif. בקרבם *in interiori eorum*. Ita correctum, ut plane legunt LXX, vulgatus, Syrus, Chaldaeus, Arabs, & ut reapſe poſtulat contextus analogia. Concinunt plurimi mſs. codices, atque inter ceteros quatuor Erfurtenſes a Michaelis allati, & ex meis ſexdecim, videlicet 2, 4, 23, 174, 187, 196, 211, 295, 304, 346, 409, 413, 440, 518, 576,

596,

596, in quibus tamen aliqui sunt, qui lectionem hanc vel antea referebant, vel nunc referunt a scribis restitutam. Ex antiquis vero editionibus eam servant editio prima poster. Prophetarum anni MCCCCLXXXVI in textu, biblia Bombergiana anni MDXVII, & MDXVIII ad marginem. Hanc eamdem lectionem in suis bibliis Mantuae impressis anno MDCCXLII praetulit, ac restituit Norzius, qui in notis criticis ad hunc locum rationes, & argumenta mutatae lectionis, suaeque sententiae producit. Digna sunt eius verba, quae lectoribus hic nostris sistantur. *Et spiritum novum dabo in corde eorum. In multis exemplaribus scriptum est in corde, vel interiori vestro, & sic primum ego scripsi in meo autographo, etsi viderem in aliis exemplaribus* בקרבם in interiori eorum. *Postea vero spiritus novus fuit mecum, ut scriberem* in interiori eorum, *quum viderim alia exemplaria sic scripta ex antiquioribus petita. Sicque scriptum est in Meir Nediv in radice* נתן, *& in radice* קרב, *& sic eruitur ex commentario R. Isaaci Abarbanelis. Contextus etiam sic postulat, quum non loquatur is in secunda persona; sic etiam postulat versiculus praecedens,*

 ac sub-

ac subsequens. Ita quoque transtulit Ionathan במעיהון in visceribus eorum. *Et sane durum, vel arduum mihi est valde immutare exemplaria; sed loquor, ut bis purificem chirographum cordis mei, & forte erraverunt ex versiculo alio capitis XXXVI, qui totus est in secunda persona & in antecedentibus, & consequentibus. Dominus acceleret, & festinet tempus illud, quo amoturus est ab interiore nostro perplexitates, & quo lex una, & iudicium unum futurum est nobis. Sic fiat.* Haec etiam de hac lectione Houbigantius (1). *Incoepit oratio in persona tertia superiore versu, atque in eadem continuatur inferiore. Itaque melius Graeci interpretes omnia exsequuntur persona tertia hoc ipso versu 17, & postea vers. 19, ubi postquam dictum est*, dabo eis cor unum, *sequitur*, & spiritum novum dabo in medio vestrum, *quae perturbatio manifesta est hodiernis in codicibus. Omnes veteres exhibent vers. 19. affixa personae tertiae*. Ita ex sola veterum, & analogiae auctoritate argumentabatur hic criticus, quem gravissima alia plurium codicum, & editionum latebat non aliter legentium, ac ipse coniectabatur.

Ibidem.

(1) *Notae critic. in h. l.* tom. II. pag. 493.

Ibidem. *De carne eorum*. Codex מבשרכם *de carne vestra*. Multi mss. codices superioris vocabuli, ac lectionis analogiam secuti ita legunt, nonnullae etiam editiones, & ex antiquis biblia Soncin. MCCCCLXXXVIII, Brixiensia an. MCCCCLXXXXIV, & antiqua absque anno, & loco. De hoc Brixiensis editionis dissidio, ac de sequenti Isaiae XXXIII silent Maschius, ac Schulzius.

ISAIAS

XXXIII. 1. *Diripiunt te*. Codex בגרו בו *diripiunt eum*. Ita multi ex mss. meis codicibus, & editiones fere omnes meae antiquae, poster. Prophetae an. MCCCCLXXXVI, biblia Sonc. MCCCCLXXXVIII, biblia Brixiensia an. MCCCCLXXXXIV, Isaias, & Ieremias Ulyssiponensis MCCCCLXXXXII, Pent. CPolitanus an. MDV in Aphtarà וישב, quae una cum reliquis in hoc Pentateucho exstantibus ab hodiernis omnino discrepat, Pisaur. editio posteriorum Prophetarum an. MDXVI, biblia antiqua absque anno, & loco, biblia Bombergiana anni MDXVIII ad marginem. Pisaurensis editio posteriorum Prophetarum anni

anni MDXX diffidet hic a praecedenti anni MDXVI, quod oftendit editores, retento eodem textu, feu eadem textus difpofitione per fingulas lineas, nonullas in eo lectiones, vel minoris momenti res emendaffe.

LXIII. 15. *Et fortitudines tuae*. Codex primo in fingulari וגבורתך *& fortitudo tua*. Lectionem hanc praefeferunt verfiones omnes antiquae, LXX, vulgatus, Chaldaeus, Syrus, & Arabs, & ob aliud fingulare, quod praecedit, videtur etiam praeferenda. Multi mfs. codices lectioni huic favent, & ex meis nonnulli, inter quos luculentiffimus Hifpanus anni MCCLV defignatus fub num. 23. Favet etiam lectio defectiva plerorumque codicum, qui pluralem hic numerum fequuntur, & antiquiffimarum editionum, inter quas numeranda funt biblia Soncinenfia anni MCCCCLXXXVIII, Brixienfia a. MCCCCLXXXXIV, antiqua abfque anno & loco, & Bombergiana an. MDXVIII.

MICHEAS

IV. 1. *Et confluent ad eum populi*. Codex primo כל עמים *omnes populi*. Ita Chaldaica

daica nostri codicis paraphrasis, in qua intactam lectionem hanc reliquit corrector, & Syrus interpres, qui vertit ܟܠܗܘܢ ܠܥܡܡܐ. Sed versio Syro-estranghela Ambrosiana hexaplaris, quae codicem Alexandrinum sequitur, legit hic ܘܢܫܬܩܦܘܢ ܠܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. Consentiunt alii codices multi, inter quos Regiomontanus II.

MALACHIAS

III. 5. *Et in iurantes*. Codex addit בשמי *per nomen meum*, ut Regiomontanus II, & alii plures, & ex antiquis versionibus LXX, & Arabs. Syrus impressus hodiernam lectionem hic sequitur; sed Syra versio hexaplaris Ambrosiana habet & ipsa hoc additamentum, legens ܘܥܠ ܗܠܝܢ ܕܝܡܝܢ ܒܫܡܝ ܕܓܠܐ.

Illud etiam addunt editio Pisaurensis posteriorum Prophetarum cum commentario Kimchii

chii anni MDXVI, & biblia Bombergiana an. MDXVIII ad marginem. Hoc ipſum additamentum retinuere Piſaurenſes Prophetae poſteriores cum commen. Abarbanelis anni MDXX, ut animadvertit etiam Norzius ad hunc locum, qui tamen lectionem hanc reiicit, & damnat. *Et iurantes in mendacio*, inquit is, *in Prophetis cum comm. R. Iſaaci Abarbanelis ſcriptum eſt*: Et in iurantes per nomen meum falſo, *& falſitatem reapſe loquitur haec editio*.

IOBUS

XXII. 6. *Quoniam capies in pignus fratres tuos*. Codex in ſingulari *fratrem tuum*. Ita plures alii mſs. codices, Stutgardianus, bini Regiomontani, quatuor Erfurtenſes, & ex meis viginti novem, qui ſunt 1, 2, 4, 31, 32, 34, 35, 196, 230, 249, 263, 275, 304, 346, 349, 368, 379, 380, 414, 447, 518, 561, 576, 579, 587, 589, 593, 596, 610. Ita etiam Neapolitana hagiographa anni MCCCCLXXXVII, biblia Complutenſia, & biblia Hiſpanica in 8 Amſtelodami excuſa anno MDCLXI, quae hic

hic a Ferrarienſibus anni MDLIII recedunt, vertuntque in ſingul. *tu hermano*. Sed vetuſtae omnes verſiones communem referunt lectionem.

XLI. 2. *Quis ille, qui ante me ſtet?* Codex legit לפניו *coram eo*, quod Lilienthalio non diſplicet, & confirmatur a codice Regiomontano II, a Stutgardiano apud Schellingium, ab Erfurtenſi IV apud Diederichs, & ex antiquis verſionibus a Chaldaeo.

R U T H

I. 1. *In agris Moab*. Codex pontificius legit in ſing. בשרה *in agro*, quae lectio ſingulari verſionum, codicum, editionum auctoritate, praeſidioque fulcitur. In ſingulari legerunt LXX, Chaldaeus, vulgatus, Syrus, & Arabs. In ſingulari codex Regiomontanus I, Erfurtenſis II, & III, Stutgardianus, Lipſienſis, Senatorius (1), Parmenſis regius in 4 minore, qui Pentateuchum ſiſtit cum propheticis ſectionibus, & V ſacris voluminibus. In ſingulari quinquaginta duo ex meis

(1) Lilienth. cit. *comm. crit.* pag. 119., & Schelling. *deſcript. cod. Stutgard.* pag. 128.

ex meis codicibus, ſcilicet 1, 10, 14, 16, 31, 32, 41 nunc, 45, 63, 186 primo, 196, 198, 209, 218, 230, 240, 260, 273, 297, 304, 379, 405, 407, 414, 420, 436, 440, 443, 447, 449, 466, 476, 490, 495, 499, 479, 518, 535, 547, 554, 562, 579 primo, 585, 586, 592, 596, 606, 613, 614, 615, 629, 630. In ſingulari denique legunt Ben Melech in comm. in hunc locum ex editione CPolitana, Neapolitana hagiographa anni MCCCCLXXXVII, biblia Sonc. MCCCCLXXXVIII, Pentat. cum V Meghilloth, & Aphtaroth in 4 abſque anno, & loco XV ſaeculo editus, editio Pragenſis an. MDXVIII. Ita etiam legitur in Karraitica hujus libri editione, quam Le-Longius, Wolfius, & Maſchius omittunt, facta in rariſſimo Karraitarum precum breviario anni MDXXIX. Reliquae editiones antiquae, atque inter ceteras Bononienſis primaria anni MCCCCLXXXII, hodiernam lectionem ſequuntur.

ECCLESIASTES

I. 13. תחת השמים *ſub caelo*. Codex pontificius תחת השמש *ſub ſole*, ut legunt tredecim

cium ex mſs. meis codicibus, videlicet 31 primo, 44, 193 ante correctionem, 230, 244 primo, 252, 273, 379, 443, 467, 476, 495 nunc, 597, inter quos detritiſſimus ille, quem ſuperius innuimus in epigraphe ad Veſpaſiani tempora relatus. Lectionem hanc plures alii codices referunt, & ex iis, quos nos ipſi contulimus, bini Vaticani, XVII, & III inter Urbinates, codices tres bibliothecae Caſanatenſis FF III 15, FF IV 22, FFF V 7, codex ſuperius commemoratus bibliothecae Barberinae etiam in Targum, ut in codice noſtro pontificio, codex hagiographorum in 4 bibliothecae Cardinalis Zeladae, codex 645 bibliothecae ſancti Salvatoris Bononiae. His addendus Stutgardianus ante correctionem, & codex bibliothecae collegii Molshemienſis, cuius notitiam ac varias nonnullas lectiones humaniſſime mecum communicavit erudititiſſimus Oberlinus. Horum codicum lectionem confirmat Chaldaeus, vulgatus, & Syrus. Verſio Syro-eſtranghela hexaplaris Ambroſiana hodiernam habet lectionem; nec mirum, quum ex Graeca LXX interpretum, ut in edito eius ſpecimine obſervavimus, ipſa ſit hauſta. Mihi tamen

men visa est facta hic abrasio, & attenuato scin, ex השמש factum השמים.

Ex antiquissimis editionibus *sub sole* etiam legunt Neapolitana hagiographa anni MCCCCLXXXVII, nec aliter locum hunc producit, & commentatur Iarchius tum in mss. tum in editis commentariis; Aben Ezra vero observat sub caelo idem hic valere, ac sub sole.

PSALMI

Psalm. XLVII. 8. *Rex omnis terrae*. Codex על כל הארץ *super omnem terram*, ut Erfurtenses omnes, Regiomontanus II, XXVII bibliothecae regiae Parisiensis, & ex meis quinquaginta quinque, videlicet 1, 29, 31, 32, 33 primo, 34, 36, 37 primo, 38, 39, 40, 61, 186, 187 ad margin., 196, 204, 209, 215, 224 primo, 231 primo, 244, 260, 277, 304 primo, 319, 325, 337, 341, 346, 350, 368, 369, 373, 379, 380, 386, 388, 413, & 414 primo, 466, 478, 483, 551, 553, 561, 564, 570, 572, 576, 579, 595, 612 primo, 613, 615, & 632,

& 632. Ex exteris codicibus a me in hoc speciali loco collatis concinunt codex VI Vaticanus, I & VII Urbinas, XII & XXVI Palatinus, codex ms. Psalterii Hebraeo-Arabici mauritani Vaticanus, etsi interlinearis versio Arabica huius codicis a textu ipso recedat, vertatque ملك جميع الارض, codex unus valde antiquus integrorum bibliorum, seu XLII, A, 2 bibliothecae collegii propag. fidei, codex unus Prophetarum, & hagiographorum an. MCCCLVI selectissimae bibliothecae Card. Zeladae, codex integrorum bibliorum an. MCCXVI bibliothecae collegii Maronitarum Romae, bini codices Casanatenses solius Psalterii FFF, IV 6 primo, & FFF, VII 7, codex unus bibliothecae Angelicae, qui Machazor, & pleraque hagiographa complectitur, codex unus anni MCCCLXXXXI bibliothecae collegii Romani, qui Psalmos continet, Danielem, Esdram, & Nehemiam. Romanis codicibus accedunt quamplures alii extra Romam a me collati, bini codices Bononienses bibliothecae patrum divi Dominici, & bini alii, seu 645, 648 bibliothecae sancti Salvatoris, codex integrorum bibliorum bibliothecae Malatestianae patrum divi Francisci Caesenae, co-

dex 30 plutei I bibliothecae Laurentianae Florentiae anni MCCLXXXXV, codex integrorum bibliorum in 8 bibliothecae Magliabecchianae ibidem, codices quatuor, seu XXV, XXVI, XXVIII, XXIX bibliothecae Atestinae Mutinensis, tres codices, seu 107, 108, 109, bibliothecae regiae Taurinensis, quorum collationem in hoc nonnullisque aliis versiculis debeo amico meo singulari nobilitate generis, eruditione omnigena, atque orientalium praecipue linguarum scientia illustri abbati de Calusio, codex unus Iudaeorum Senensium, quinque alii Iudaeorum Liburnensium, codex integrorum bibliorum bibliothecae publicae, seu publici archivii Genuensis, quem perdoctus Naulensis Episcopus Solarius ex Praedicatorum ordine, orientalibus & ipse litteris diligenter imbutus, in selectis nonnullis locis in mei gratiam contulit, codex Venetus integrorum bibliorum bibliothecae divi Marci anni MCCLXXXXVIII, bini codices etiam Veneti selectae bibliothecae abbatis Canonici, codex Patavinus integrorum bibliorum anni MCCLXXXVI bibliothecae divae Iustinae, codex alter Patavinus integrorum bibliorum absque anno in bina volumi-

lumina in fol. diſtributus bibliothecae ſancti Iohannis in Viridario. Ex vetuſtiſſimis editionibus lectionem hanc tuentur Pſalterium anni MCCCCLXXVII, Machazor anni MCCCCLXXXVI, hagiographa an. MCDLXXXVII, Pſalterium octaplum an. MDXVI, biblia Bombergiana in 4 anni MDXVIII ad marginem. Pſalterium etiam Venetum anni MDXIX bibliographis omnibus ignotum, quod nuperrime deteximus, & acquiſivimus, habet hic obelum ad indicandam variam noſtram lectionem, & codicum, & editionum diſſidium. Chaldaeus editus communem lectionem habet, ſed in mſs. identidem noſtram hanc ſectatur. Ita legit Targum codicis pontificii, Targum codicis integrorum bibliorum anni MCCLXXXXVI bibliothecae Barberinae, & Targum codicum meorum 31, & 32. De hac lectione conſulatur Norzius in notis criticis in hunc locum, qui obſervat non ſolum in aliis codicibus, & in antiqua editione legi *ſuper omnem terram*, ſed etiam ſic lectum olim fuiſſe in antiquiſſimo codice Hiſpanico, & ſic erui ex commentariis Aben Eſrae, & Kimchii, quibus addi poteſt ineditus, rariſſimus, ac bibliographis hucuſque omnibus

ignotus R. Immanuelis comment. in Pſalmos a me nuperrime acquiſitus, qui non aliter noſtrum hunc verſiculum producit, & illuſtrat.

XLVIII. 15. על מות *ſuper morte*. Codex pontific. עלמות coniunctim, unoque verbo adoleſcentiae, vel aeternitatis ſignificatione, *in iuventute*, *iuveniliter*, *in ſaeculum*. Coniunctim alterutra ex duabus hiſce ſignificationibus legerunt antiqui interpretes LXX, Chaldaeus, vulgatus, & Arabs. Syrus ſolus hodiernam lectionem ſequitur. Loquor autem de Syro vulgato impreſſo; nam Syrus interpres Ambroſiani codicis Syro-eſtrangheli hexaplaris coniunctim, & ipſe vertit aeternitatis ſignificatione ܗܘ
ܢܕܒܪܢ ܠܥܠܡܝܢ :

Ita etiam legunt codices omnes Erfurtenſes, Regiomontanus II, codex XXXI Sorbonicus, XVI regius Pariſienſis, Caſſelanus ante correctionem, Argentinenſes tres (1), bini codices

(1) Lilienth. *comm. crit.* pag. 383. ſeq., Kennic., & Bruns *notae crit. in pſalm.* p. 37. & 136. ſeqq., Oberl. *miſcell. litter.* p. 71, 86, 95. Capell. *critica ſacr.* p. 687, & 840 novae edition. Lipſ., Schulz *append. ad not. Kenn.* pag. 192, Michael. *bibliotb. orient.* tom. II. pag. 216, Die-

dices bibliothecae publicae Lugdunensis, ut ex superius laudati Oberlini litteris intellexi, codices demum septemdecim Kennicottiani, in quorum recensione omnes hucusque allati, vel fere omnes enumerandi sunt. Ita legunt sexaginta duo ex mss. meis codicibus, videlicet 1, 2, 3, 4, 31, 33, 34, 35, 36, 38, 39, 40, 60, 61, 62, 186, 196, 204, 215, 218, 234, 244, 249, 263, 276, 277, 287, 304, 337, 343, 346, 350, 367, 368, 380, 386, 412, 446, 466, 478, 480, 490 nunc, 509, 510, 517, 518, 551, 553, 554, 561, 564, 570, 572, 576, 579, 595, 596, 609, 612, 613, 615, 632, 633. Cum hisce codicibus congruunt editiones vetustae, primaria Psalterii editio an. MCCCCLXXVII, hagiographa Neapolitana MCDLXXXVII, in quibus tamen puncta vocalia receptam lectionem praeseferunt, biblia Sonc. MCDLXXXVIII, Brixiensia MCCCCLXXXXIV, biblia antiqua absque anno, & loco, biblia Complutensia, Psalterium Brixiense anni MCCCCLXXXXIV,

 Psal-

Diederichs *specim. variar. lect. in psal.* p. 11, Starck *David. carm.* tom. I. pag. 29. seq., Doederlein *scholia in V. T. libros poeticos* pag. 101.

Psalterium octaplum anni MDXVI, Psalter. Potkenii anni MDXVIII, biblia Bombergiana anni MDXVII, & altera MDXVIII, biblia Munsteri omnia, Psalterium trilingue Petri Artopaci, Psalterium Isnacense anni MDXXXXII, Psalterium quadruplex Lugdunense anni MDXXX in folio, Psalterium sextuplex Lugdunense eiusdem anni in 8, Psalterium alterum quadruplex humanissime mihi dono concessum a clarissimo nostro Irenaeo Affò, titulo mutilum, sed quod ex Conradi Pellicani in litteras hebraeas institutiuncula ad Basileensem Hieron. operum editionem, ad alias vel eam proxime secutas puto referendum; biblia Veneta anni MDXXI, biblia Roberti Stephani in 4 anni MDXXXXIV (nam in editione in 16 alteram lectionem sequutus est Stephanus) biblia demum Hutteri anni MDLXXXVII, ut & Psalterium eiusdem harmonicum. Hisce editionibus accensendum est Psalterium Basileense anni MDXVI in 16, cuius exemplum mss. autographis Lutheri notis instructum benevole mihi concessit Olaus Tychsenius, cl. Butzowiensis orientalium linguarum professor. Utraque in hoc Psalterio lectio servata est. Legitur enim על מות separatim, sed

ſed abſque linea makkaph, & cum ſceva ſub lamed, quod unum idemque verbum conſtituit. Lutherus vero antiquus exemplaris poſſeſſor lineola utramque dictionem coniunxit, Brixienſis editionis proculdubio auctoritate ductus, qua ipſe utebatur, cuiuſque exemplar aureae capſulae incluſum adſervatur adhuc Berolini. Non aliter Aquilam vertiſſe recte colligit Starckius ex talmudico tractatu Meghillà folio 73, ubi traditur Aquilam vocabulum עלמות tranſtuliſſe ἀθανάσια. Critici ipſi ex Iudaeis, qui communem lectionem praeſeferunt, monent bina haec verba coniunctim, uniuſque ſignificatione eſſe legenda. Ita Kimchius in hunc locum. Doctiſſimus Brunſius in notis criticis ad hunc Pſalmum coniectatur legendum eſſe alamoth *virgines*, virgines ipſas, ſeu puellas Iudaeas commate 12 memoratas poetam alloqui, & ad earum chorum verſiculum hunc 15 eſſe referendum. Sed quid opus eſt coniecturis, ubi binae receptae lectiones tanta codicum, & editionum auctoritate firmatae aptiſſimum, & optimum, quaecumque eligatur, immo vero aptiorem, ac meliorem ſenſum efficiunt? Mihi vero placet vehementer ex-

positio inediti, ac perrari, quod apud me exstat, lexici biblici Hebraeo-Gallici Taleaburgensis anni MCCLXXIX, in quo lectio haec coniunctim, ut in pontificio codice exhibetur. In eo dictio עלמות gallice, sed vetusto eius aetatis Gallorum idiomate exponitur שואיבמנט *suevemant*, seu *suavement*, suaviter, כאדם המנהיג בנו בנחת *sicut homo*, subdit anonymus huius lexici auctor, *qui in securitate, ac quiete ducit filium suum*.

LIII. 5. *An non cognoscent, qui operantur iniquitatem*. Codex pontific. כל פועלי *omnes, qui operantur*. Ita LXX, vulgatus, Syrus, Arabs, Chaldaeus etiam, unde non accurata hic Latina Chaldaici textus versio Londinensis, quae vocabulum *omnes* non exprimit. Hanc eamdem lectionem servant quamplures alii codices, atque inter ceteros Cassellanus, & Erfurtensis III (1), quibus viginti ex meis accedunt, nimirum 1, 2 ad marg., 31, 38, 40, 196, 277, 249, 337, 367, 368, 386, 380, 517, 518, 554, 572, 579 primo, 595, 615 primo. Eam etiam retinent biblia Sonc. MCCCCLXXXVIII, utra-

(1) Michael. *bibl. orient.* Diederichs citat. *specimine & exeg.* tom. II. pag. 242. pag. 13.

utraque Veneta Bombergii MDXVII, & MDXVIII ad marginem, & Munsteriana anni MDXXXVI ad calcem in var.lect. indice. Lectionem hanc habet etiam locus paralellus Psal. XIV.

LXXVIII. 72. *Secundum integritatem cordis sui*. Codex pontific. בתם *in integritate*, ut reapse legunt Erfurtensis I, & III, Regiomontanus II, codex XVIII bibliothecae regiae Parisiensis, codex XXXII Sorbonicus (1), & ex meis codicibus quadraginta octo, videlicet 1, 2, 3, 4, 31, 32, 33 primo, 34, 38, 39, 40, 61, 186, 187, 197, 204, 209, 218, 231, 244, 263, 276, 277, 287, 289, 304, 321, 328, 367, 368, 379, 386, 446, 466, 480, 518, 551, 553 primo, 554, 561, 570, 572, 595, 609, 612, 613, 615, 632. Consentiunt LXX, vulgatus, Chaldaeus, Arabs, Syrus in polyglottis editus, & hexaplaris ineditus Ambrosianus, qui vertit ܒܠܒܝܒܘܬܐ. Nam editio Erpenii alteram lectionem sectatur. Accedunt antiquae editiones, primaria Psalterii anni MCCCCLXXVII, Machazor Sonc. MCCCCLXXXVI, biblia Sonc. MCCCCLXXXVIII, biblia

(1) Lilienth. *comm. crit.* p. 393, & Diederichs *specim.* p. 18.

biblia Brixiensia an. MCCCCLXXXXIV, quorum discrepantiam praetermittunt Schulzius, ac Maschius, biblia antiqua absque anno, & loco, Psalterium octaplum anni MDXVI, Psalterium Basileense anni MDXVI, biblia Veneta anni MDXVII, & altera MDXVIII ad marg., Machazor Soncin. tertio editum, & biblia Munsteriana ann. MDXXXVI inter varias lectiones ad calcem appositas.

II. PARALIP.

XXXIV. 13. לכל עשה *omni facienti*. Codex in plur. לכל עשי *omnibus facientibus*, vel artificibus. Ita legit codex Regiomon. II, & plures ex mss. meis codicibus, ac praesertim cod. 1, 4, 31, 187 nunc, 518, & 579 primo, qui auctoritate confirmantur LXX interpretum, vulgati, & Chaldaei a Wilchinsio editi, & ex vetustissimis editionibus a Neapolitanis hagiographis anni MCCCCLXXXVII.

III

DE CHALDAICA PARAPHRASI

PONTIFICII CODICIS

VARIISQUE EIUS LECTIONIBUS ET USU

IN EXPLICANDO POTISSIMUM CELEBERRIMO LOCO

I. SAM. VI. 19. DE BETHSAMITARUM CAEDE

§. I.

Usus Chald. pontificii codicis paraphrasis in suppeditandis, vel confirmandis variis lectionibus optimae notae Hebraici textus

PRo varietate codicum Hebraeo-biblicorum varia etiam est, ut norunt docti, Chaldaica eorumdem codicum paraphrasis. Plerumque varias ea lectiones sequitur Hebraici textus, quem comitatur, aliquando vero dissentit. Haec eadem est ratio pontificiae paraphrasis; siquidem ipsa Hebraicum contextum, etiam ubi ab hodierno recedit, ac peculiares eius lectiones generatim sectatur. Cuius rei exemplum ad Exod. XVII. 2. supra in variar. lectionum specimine produximus, ubi

ubi quum in ſingulari תנה *da* legat Hebraicus textus pontificius, in ſingulari etiam legit Targum. Eccleſiaſtis etiam I. 13. *ſub ſole*, non *ſub caelo* legit Hebr. textus codicis. Ita Targum. Levitici XI. 22. pontificius textus addit כל *omnia*. Hoc idem facit Targum. Interdum vero diſſentit hoc a ſuo textu, & optimae notae lectiones ſervat, nobiſque ſuppeditat, quae in textu ipſo non reperiuntur. Iobi XXVI.8. Hebraeus codicis contextus hodiernam lectionem ſecutus legit תחתם *ſub eis*. Targum legit תחתיה *ſub eis*, ut plane legunt LXX interpretes, & complures Hebraici codices, quibus adſtipulatur Neapolitana hagiographorum editio primaria anni MCCCCLXXXVII. Iobi V. 15. hodiernus textus Hebraeus legit מחרב מפיהם *a gladio*, *ab ore eorum*. Ita etiam textus pontificius. Sed nonnulli codices mei legunt hic מחרב פיהם *a gladio oris eorum*, optima lectio, quae contextus analogia, & antiquarum etiam verſionum auctoritate confirmatur. Ita quoque legit Targum noſtri codicis, vertens, ut vertit etiam Targum impreſſum, מן קטולא דפומחון.

§. II.

§. II.

Idem usus selecto Gen. XLIX. 13. loco illustratur

Hisce exemplis luculentum aliud addimus, in quo pontificia paraphrasis ab edita hodierna discrepat, & meliorem variam lectionem suppeditat. Gen. XLIX. 13. Chaldaeus textus recentiorum editionum legit על *super Sidon*; pontificius melius, ut mihi quidem videtur, legit עד *usque ad Sidon*. Sic sane habet Samaritanus textus, Samaritana versio, vulgatus, & LXX, qui vertunt ἕως. Sic Syrus, qui interpretatur ܥܕܡܐ. Ex versionibus autem Arabicis communis in polyglottis impressa, & Arabico-Samaritana inedita codicis Barberini pontificiam hic paraphrasim & ipsae confirmant, vertentes الى صيدا. Hoc idem facit Rutiliana a cl. Praesule Raphaele Tukio Episcopo Copto edita, quae vertit الى صيدة, solaque excipienda est Hebraeo-Arabica mauritana Erpenii, quae hodiernum textum pressius secuta legit على صيدون. Septem mss. codices Kennicottiani lectionem hanc praeseferunt,

runt,

runt, praeter duos, qui hic abrasionem ostendunt, quibus varii ex meis accensendi sunt. Ex vetustissimis vero editionibus Hebraeo-biblicis lectionem hanc in textu ipso exhibet praestantissimus, extremaeque raritatis Pentateuchus xv. saeculi membranaceus, bibliophilis, sacrisque criticis hucusque ignotus, quem non multis abhinc mensibus benevole mihi concessit perdoctus nostrae aetatis bibliographus, isque amicus meus singularis Petrus Antonius Crevenna Mediolanensis. Pretiosissimi huius cimelii, hucusque unici, accuratam in appendice ad annales nostros Hebraeo-typographicos descriptionem suppeditabimus. Maius adhuc nostrae huic lectioni praesidium afferunt codices Targumici, sive mss., sive editi. Ex mss. codicibus Chaldaicam paraphrasim sistentibus, qui in mea potestate sunt, quindecim pontificiae paraphrasi adstipulantur, suntque codex *6*, 8, *9*, 10, 11, 12, 24, 230, 245, 248, 257, *264*, *265*, *266*, 419. Ex editis vero, quos ad manus habeo, cum pontificio codice congruunt editio primaria Bononiensis an. MCCCCLXXXII, & ed. Sorae MCCCCLXXXX, Ulyssipon. an. MCCCCLXXXXI,

igno-

ignota ſuperius commemorati Pentateuchi xv. ſaeculi, CPolitana anni MDV, Teſſalon. an. MDXXI, CPolitana altera an. MDXXII, Sabionetenſis anni MDLVIII.

§. III.

Pontificia paraphraſis in commemoratum Geneſis locum auctoritate confirmatur ineditae verſionis Helleniſticae, in quam obſervationes nonnullae hiſtorico-criticae exhibentur

Pontificiam paraphraſim in hunc Geneſis locum luculenter etiam confirmat ineditus Pentateuchus Helleniſticus Venetus ab anonymo Iudaeo Graeco ex Hebraico textu translatus, cuius nos auctoritatem tum alibi in commentario hiſtorico de typographia Hebraeo-Ferrarienſi, & in annalibus Hebraeo-typographicis Sabionetae, tum in ſuperiori ſpecimine variam Levitici lectionem illuſtrantes produximus. Legit enim & ipſe עד, vertitque μέχρι Σίδωνος *uſque ad Sidon*, ut didici ex huius capitis apographo, quod ſibi Venetiis nuperrime deſcripſit praeſtantis ingenii, eximiaeque doctrinae iuvenis natio-

tione Danus Georgius Chriſtianus Adler. Quum ſingulare hoc cimelium, a doctiſſimo de Villoiſon brevi, ut ſperamus, edendum, prae manibus habuerim Venetiis cl. Morellii beneficio, qui nunc divi Marci bibliothecae praeeſt, ac praeterea priora qninque eius capita humaniſſime mecum illic communicaverit eruditiſſimus vir, amicus meus ſingularis, Iohannes Baptiſta Gallicciollius, non ingratum fore arbitror ſacris criticis, qui in maxima huius codicis exſpectatione ſunt, ſi hic pauca quaedam de eo delibemus, quae obiter obſervavimus. Initium Geneſeos ſic vertit anonymus hic Helleniſta: Ἐν ἀρχῇ ἔκτισεν ὁ Θεός τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἡ γῆ δ' ἀπῆρζε στέρησις κενόντε, σκότος τ' ἐπὶ προσώπου τῆς ἀβύσσου· Καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἱπτάτο κατὰ προσώπου τοῦ ὕδατος. Cap. I. 24. litteram & hebraiſmum pro more inſtitutoque ſuae gentis ſectatus interpres, וחיתו ארץ reddit τὸ ζοὸν αὐτοῦ γῆς. — III. 16. עצבונך plural. vertit τὰς σὰς λύπας, cui lectioni, quam nullus refert Kennicottianorum codicum, adſtipulantur LXX, vulgatus, Syrus, & Chaldaeus. — IV. 1. את יהוה ξὺν τῷ ὀντώτῃ *cum exſiſtente*, & ita ſemper vertit ineffabile nomen. — IV. 10. קול in ca-

in casu, non recto, sed ablativo sumit per ellipsim praepositionis beth, cuius alibi, ac praesertim in Psalmis exstant exempla, optimeque vertit φωνὴ τὰ αἵματα τοῦ σοῦ ἀδελφοῦ κραυγάζουσι πρός με, *voce sanguines fratris tui clamant ad me*. — Vers. 11. מידך *a manu tua* in numero plurali, seu potius duali vertit πρὸς τῶν σῶν χειρῶν *a manibus tuis*, ut legit Syrus, & codex unus Kennic. collectionis. Vers. 17. כשם *secundum nomen*, legit בשם ἐν ὀνόματι, *nomine*, ut cod. unus Kennic., LXX, vulgatus, & Arabs. Favet etiam Syrus, qui vertit ܒܫܡ, unde emendanda Latina eius versio polyglottorum Londinensium *iuxta nomen*, ut emendanda est versio Latina textus Samaritani, quae eum refert, ac si vocabulum hoc & ipse legeret cum beth. Cap. V. 3. pro כצלמו *secundum imaginem suam* legit בצלמו *in imagine*, vel *ad imaginem suam*, ἐν εἰκόνι οἱ dorice pro αὐτοῦ. Ita vulgatus, & septemdecim codices Kennicottiani praeter duos dubios, inter quos varii editi, ac praesertim, ut puto, Londinensia polyglotta, quae ita habent. Proverb. I. 15. מנתיבתם *a semita eorum*, ἀπὸ τῶν διόδων αὐτῶν in plurali *a semitis*, ut vulgatus, Syrus,

 Arabs,

Arabs, Chaldaeus, & LXX, qui vocabulo ζίβων utuntur. Proverb. VIII. 16. legit כל שופטי צדק *omnes iudicantes iustitiam*, non ארץ *terram*, ut habet lectio communis, vertens πάντες κριταὶ δικαιοσύνης. ut plane legunt immensi in hoc loco a me collati codices, tum mss., tum editi, alibi afferendi, inter quos pontificius noster, & ex vetustis versionibus vulgatus, Syrus, & Chaldaeus. Sed Ruth I. 1. non singulari, quam protulimus, lectioni *in agro*, sed communi plurali favet hic codex, vertens ἐν τοῖς ἀγροῖς.

§. IV.

Pontificiae paraphrasis usus in obscuriorum locorum illustratione. De celeberrimo loco I. Sam. VI. 19. ubi de Bethsamitarum caede

ATtigimus hucusque usum pontificiae paraphrasis in stabilienda vera sacri textus lectione, qui maximi sane faciendus est. Huic emolumento alterum accedit, quod situm est in eorum locorum illustratione, quae sunt admodum implexa. Quem usum in hac re habeat Chaldaica nostri codicis paraphra-

raphrasis, selecto luculentissimo exemplo demonstremus. Notum est, quam mire se torserint interpretes, ac critici in exponendo immani, qui I. Samuel. VI. 19. statuitur, occisorum Bethsamitarum numero. Notae permultae in hanc rem tum veterum, tum recentiorum scriptorum expositiones, quas Kennicottius, Dresdius, Moldenhavverus, Hufnagelius, aliique collegerunt (1). Hisce opinionibus meum qualecumque iudicium paucis abhinc annis sub finem disquisitionis meae Historico-criticae de Heb. typographiae origine libuit adtexere. Itaque postquam adversus Kennicottium, qui duobus, vel tribus codicibus fretus *L. virorum millia* ut adscititia respuit, hodierni textus integritatem defenderam, adversus incredulos, Tyndalium potissimum, ac Voltairium, qui textu hoc abutuntur, ut sacrorum librorum divinitatem evertant (2), observavi ex Hebraico

 textu

(1) Kennic. *observ. on.* I. *Sam.* VI. 19. 8. Oxf. 1768. & Gallice sub tit. *Remarq. critiques sur* I. *Sam.* VI. 19. ibid. eod. anno. Dresd. *Triga commentationum acad.* 8. Lips. 1773. Moldenhav. *Veberſetzung der heil. Bücher Iosua &c.* Quedl. 1774. p. 331. Hufnag. pecul. disser. infer. producenda.

(2) *Christianity as old as the creat.* p. 154., *Dieu & les hommes* p. 88. *Examen import.*

textu colligi non posse magnum illum occisorum Bethsamitarum numerum, quem versiones, parum hic accuratae, referebant, quum in Hebraico textu non legatur LXX viros, & L virorum millia, sed *LXX viros*, *L millia virorum* absque ullo coniunctionis indicio. Pauci enim codices, qui vau legunt, attendendi non sunt. In his octo codices Kennicottiani, non quinque, ut ait Hufnagel, quibus unus ex meis, scilicet 440, est accensendus. Manifestam autem hanc Hebraici textus ellipsim suppleri non posse littera vau, sed particula copulativa ex contextu ipso, ac ratione sat constare animadverti, quod tam ingens interemptorum numerus, quem lectio haec adstruit, interpretibus ipsis, qui eam praetulerunt, visus sit fidem excedere, Syro potissimum & Arabi, qui illum propterea imminuere conati sunt, vertentes non *quinquaginta*, sed *quinque millia*. Quae cum ita sint, ellipsim hanc littera potius caph, seu comparationis supplendam esse arbitratus sum, qua assumpta omnia cohaerere mihi videbantur, & plana esse.

port. p. 32. *Quest. encycl*. to. III. p. 77., *la bible enfin expliquée*, tom. II. p. 9. seq. in not.

esse. Etenim ea assumpta minoris tantum numeri cum maiori fit comparatio, solique LXX dicuntur reapse occisi, quorum tamen clades ob dignitatem, qua apud populum eminebant, tanti habita est, quanti L. millium. Ita igitur supplendum, & interpretandum censui hunc locum: *Percussit de populo LXX viros, L virorum millibus similes*, vel *aequiparandos*. Eo autem magis sic supplendus, & interpretandus locus hic visus est mihi, quod non aliter suppleret, & interpretaretur tota fere Iudaica antiquitas, & quaedam veluti vetustiorum Iudaeorum traditio, cuius luculentissimos testes produxi Iosephum Flavium, Talmudistas, Iosephum Karam, Salomonem Iarchium, Davidem Kimchium, Levì Gersonidem. Eiusmodi autem comparationis exemplum protuli Iosue VII, ubi unus, si vetustissimos Iudaeorum interpretes audimus, cum pluribus comparatur.

§. V.

Propoſita auctoris expoſitio novis obſervationibus roboratur

HAec in expoſitae ſententiae praeſidium vix pro inſtituti mei ratione delibavi; nec enim locus mihi ſatis opportunus videbatur fuſius enarrandi, quae opinionem hanc reſpiciebant. Hinc nec in examen vocavi, quae ſuper hac re ingenioſe Bochartus, Clericus, Patrikius, Moldenhavverus, Lilienthalius, Zeltnerus, Zeibichius, Michaelis, Tychſenius, Haſſencampius, Bothnius, Happachius, Mullerus, Dreſdius, & ex Hebraeis Iſaacus potiſſimum Abarbanel opinabantur, vel diſputaverant, quibus accedunt nunc Hufnagelius, & Roſenmüllerus. Quamquam enim longiorem hanc indaginem res ipſa poſtulare videretur, eam tamen nec inſtitutum, nec tempus ferebant, & auctores praeterea ipſi hinc inde diſputantes praeſtiterant, ex quibus alii in alios, poſteriores in priores animadverterant. Capta nunc occaſione praeſidii, quod huic coniecturae ſuppeditat Chaldaica paraphra-

ſis

ſis pontificii codicis, placet iam iis, quae dixímus, nonnulla, quae ex tempore ſuccurrunt, ſubiicere, eaque a binorum illuſtrium ſcriptorum obiectis perbreviter vindicare. Ac propoſito quidem comparationis exemplo luculentiſſimum aliud addi poteſt ex Davidis hiſtoria petitum. David ex Philiſtaeis ſolum Goliath interemerat. Ei tamen e pugna revertenti occurrentes mulieres, ac virgines pſallebant: *Percuſſit Saul mille, David autem decem mille*; ſive myriades, I. Sam. XVIII. 7., quod idem reperitur cap. XXI. 11. Quamobrem Eccleſiaſtici auctor cap. XLVII. 7. poſtquam de Davide ſcripſerat occidiſſe eum Gigantem, ſaxo fundae deieciſſe exſultationem Goliae, & invocaſſe Dominum altiſſimum, qui dedit in dextera eius tollere hominem fortem, *ſic in decem millibus*, ſubdit, *glorificavit eum*. Οὕτως ἐν μυριάσιν ἐδόξασεν αὐτόν. Tanti ergo habitus eſt ſolus Goliath, quanti decem virorum millia, tanti eius unius, ob illius robur, dignitatem, terrorem, interemptio, quanti integrae myriadis. Aliud conſimilis prorſus comparationis exemplum, quo David ipſe cum decem item virorum millibus com-

mitur difficultatibus. De Bethſamitis, non de Philiſtaeis toto eo capite eſt ſermo. Illi, non hi dicuntur a Deo percuſſi. Ad illos uterque numerus refertur, qui ita connectitur, ut perperam unus ſeu minor ad ſolos Bethſamitas, alter vero, ſeu maior ad occiſos in genere, ac Philiſtaeos potiſſimum, de quibus actum fuerat praecedenti capite, referri queat. Nec cohaeret cum contextu nova & infrequens ſignificatio praefixi beth ex Ephodaeo confirmata, itaut non amplius viros Bethſames, ſed *cum viris Bethſames* percuſſiſſe Deus dicatur LXX illos viros, L virorum millia. Numerus autem occiſorum adhuc ſupra fidem extollitur, ac proinde difficultas illa non aufertur, quam adverſus ingentem illam ſummam adeo urget Abarbanel ipſe.

§. VII.

Auctores Iudaei, & Chriſtiani, qui in hoc Samuelis loco ſimplicem comparationem defenderunt

SEd haec opinio Abarbaneli peculiaris eſt, ac ſingularis, numquam Iudaeorum interpretibus communis, ut eam facit doctiſſi-

ctissimus, meique amicissimus Fabricy (1). Etenim plerique Iudaeorum interpretes maiorum hic vestigia presso pede sequuntur, minorisque numeri cum maiori comparationem tuentur. Talmudistarum nos testimonium, Kimchii, Gersonidis, Iarchii produximus, iisque Iosephum Karam, interpretem Iudaeis aeque ac Christianis fere omnino ignotum, adiunximus, qui in inedito perantiquo, rarissimoque suo commentario in Prophetas omnes solam hic comparationem defendit. Eius nos auctoritatem protulimus ex codice nostro 76, qui in variis venditionis ac contractuum formulis, quae sub finem leguntur, anni MCCCXXX, MCCCXXXII, MCCCLXXXXI, constantissime nostro huic auctori tribuitur. In hoc codice Karae verba cum Raschianis fere conveniunt, ut Raschio potius tribuenda videantur. At vero alter iam ad manus est Karae commentarius ms. in Prophetas priores, ac posteriores, quem sistit codex meus 255 Ferrariae emptus, a priori illo prorsus discrepans, qui etsi aliter Samuelis locum exponat, in eo tamen comparationem & ipse adstruit ex Ionatha-

(1) *Des titres primitifs, disc. prélim.* pag. 206.

nathanis, ut infra videbimus, maiorumque auctoritate. Ex vetuſtis porro, qui comparationem hanc admiſerunt, ſynagogae doctoribus attulimus ex tractatu Talmudico Sotà R. Abhù, cui alios nunc addere lubet ex antiquiſſimo eorum commentario Medras Rabbà, ac potiſſimum R. Chaninà, qui non quemlibet ex LXX, ut alii doctores gemarici, ſed ſolos LXX viros aequivaluiſſe tradit quinquaginta millibus. En eorum verba:

ויך בעם שבעים איש וחמשים אלף איש: ר׳ אבהו ורבי אלעיר הד אמר ע׳ איש היו וכל אחד ואחד שקול כנגד אלף איש וחד אמר נ׳ אלף איש היו כל אחד ואחד שקול כשבעים סנהדרין: רבי חנינא ורבי מונא חד אמר שבעים איש וו סנהדרין וחמשים אלף איש שהיו שקולין כנגד חמשים אלף איש וחד אמר שבעים איש וו סנהדרין וחמשים אלף איש מעם הארץ: " *Percuſſitque de*

„ *populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta* „ *millia virorum*. R. Abhù, & R. Eliezer: „ unus exponit, ſeptuaginta viri fuerunt, „ quorum quiſque valebat mille viros. Al- „ ter vero: Quinquaginta millia fuerunt, „ quorum quiſque erat, ſicut ſeptuaginta „ viri ſynedrii. R. Chaninà, & R. Munà: „ unus

„ unus interpretatur, *septuaginta viros*: hi „ sunt viri synedrii. *Et quinquaginta millia* „ *virorum*, qui scilicet aequivalebant quin- „ quaginta virorum millibus. Alter vero „ ita exponit, *septuaginta viros*, hoc est „ synedrium; *& quinquaginta millia viro-* „ *rum*, haec sunt de populo terrae, vel ex „ plebe (1)". Nec desunt ex Christianis interpretibus magni nominis viri, qui hanc comparationem defenderunt. Polus Lyranum producit, Tostatum, Carthusianum, Hieronymum, seu auctorem quaestionum Hebraicarum, Rupertum, Emanuelem Sa, Sanctium, Tirinum, quibus ex Calmeto addendus est Clarius. "Docent autem hi au- „ ctores, inquit Calmetus, interfecisse „ Deum viros LXX, qui merito & digni- „ tate sua pro L millibus valebant. Erant „ enim patres, & assessores synedrii". Lyranus praesertim hunc reapse loci huius sensum esse statuit, LXX illos tales fuisse, ut aequipararentur L millibus de plebeiis.

§. VIII.

(1) *Medras Rabbà in Bamidbàr Rabbà* fol. 145. editionis Venetae 1545.

§. VIII.

Auctoris sententia pontificiae paraphrasis auctoritate confirmatur, & a nuperrimis clar. Husnagelii obiectis vindicatur

VExatissimum hunc Samuelis textum mirifice illustrat, meamque sententiam luculenter etiam confirmat Chaldaica pontificii codicis paraphrasis, quae totum textum ita interpretatur. Percussitque שבעין גברא דאינון בקהלא חמשין אלפין גברא *LXX viros, qui erant in turba, vel coetu quinquaginta millia virorum*, qui videlicet totidem aestimabantur de plebe. Ita etiam legit Targum, quod in hunc locum producit R. Ioseph Karà in superius commemorato eius commentario inedito, prout exstat in posteriore codice 255, ex quo intelligitur alios exstasse codices (nec dubito, quin adhuc exstent) Targumicos in hoc Samuelis loco exponendo cum pontificio consentientes. Novum ergo statutae interpretationi praesidium ex hisce codicibus accedit, quam privatus eorum paraphrasta communi antepone-

ponere, ut verosimiliorem, non dubitavit. Non ita tamen visum est nuperrimo Germano scriptori, clar. Guillelmo Frederico Hufnagelio, amico nunc meo singulari; qui in peculiari erudita dissertatione super hoc loco Erlangae edita (1) meam hanc opinionem oppugnavit. Ac primo quidem non intelligit ipse, cur ratio ipsa suggerat particulam comparationis potius supplendam esse, quam coniunctionis. Ratio per se est perspicua. Etenim coniunctio, ut vidimus, incongruum sensum facit, & supra fidem interemptorum numerum elevat. Contra admissa particula comparationis occisi ad exiguum prorsus numerum reducuntur, incredibilitas omnis tollitur, cuncta fiunt plana. *Sed quis umquam*, subdit is, *vel ex iis omnibus, quos laudavit vir doctissimus, quique hanc sententiam habuerunt Iudaeorum interpretes, de litterae caph omissione vel per somnium cogitavit, aut textui eam restituendam suasit*? Omnes usque ad unum, Non solum enim, dum interpretantur LXX viros ob eorum dignitatem aequiparari hic L millibus,

(1) *Differt. inaugur. super loc. I. Sam. VI. 19. 4.* Erlangae 1777.

bus, manifeste comparationem eiusque ellipsim agnoscunt, & supponunt, sed & aperte eamdem in eorum testimoniis supplent. Ellipsim dico, qua particula comparationis in textu reticetur, in interpretatione supplenda, non particulam omissam, ac textui restituendam, ut parum accurate loquitur noster criticus, quod sane nec ego, nec quos produxi, Iudaeorum interpretes somniarunt. Quid, quod cl. vir, sui ipsius forte oblitus, inferius animadvertit hos eosdem Iudaeorum interpretes docere, percussis LXX viris tantam cladem fuisse visam, *AC SI quinquaginta hominum millia interfecta fuissent*? Quid aliud hoc est, nisi comparationis particulam, eiusque ellipsim in textu ipso agnoscere, ac supplere?

§. IX.

An auctoris sententia, ac controversa comparationis ellipsis grammaticae syntaxi repugnet

SEd *assumam hanc ellipsim*, regerit doctissimus vir, *quid inde? Observarunt iamdudum grammatici capb numeris iunctum idem fere*

fere denotare, *ac latinorum circiter*. Nullos ego grammaticos novi, qui hanc unam significationem caph numeris iuncto tribuat, alteram excludat. Nullus exstat super hac re, quod quidem sciam, grammaticorum canon, & eorum nemo caph numeris iuncto comparationis significationem abiudicat. Annon in sensu comparationis saepe iungitur haec particula numero אחד, diciturque כאחד *sicut unus*? Quare ceteris numeris, si res & occasio ferat, iungi non poterit, & dici כעשרים *quasi viginti*, כחמשים *sicut quinquaginta*? Caph utrumque significat & *sicut*, & *circiter*; ita tamen, ut fatentibus omnibus grammaticis primum illud significet ex primaria significatione. Quare ergo numemeris iunctum primariam hanc significationem amittet? In utraque ergo significatione numeris iungi potest; optimeque, & iuxta Hebraicae linguae indolem dixisset Elchana ad Annam uxorem suam הלא אנכי לך כעשרים בנים *annon ipse sum tibi*, *sicut viginti filii*? Optime, & iuxta Heb. linguae indolem dixissent milites ad David כי אתה כעשרה אלפים *quoniam tu es sicut decem millia*. Sed quae ex alienis linguis veniunt, ex magni

G 2 Augu-

Augustini effato, ab earum linguarum hominibus quaerenda sunt. Agitur de Heb. linguae natura, ac syntaxi; doctiores ergo Iudaeorum grammatici audiendi. Miror Hufnagelium non animadvertisse se haec non mihi, sed doctioribus reapse Iudaeorum interpretibus, ac grammaticis obiicere, qui littera caph numeris iuncta secure utuntur, ut comparationem denotent, & expressissime in allatis eorum testimoniis hoc idem vocabulum כחמשים *sicut quinquaginta* usurpant, quod ut incongruum, & anomalum reprehendit. Quid ergo? Auctorem ne nostrum latuit evidentissimus Karae textus a me productus? Eum sane non latuit, qui illum rursus in sua dissertatione producit, sed, quod vehementer mireris, hac ipsa particula comparationis perbelle mutilatum. Malam ne ergo, subdestamque in hoc Hufnagelii fidem accusem, qui textum de industria mutilarit, ne luculento, eoque praestantissimo argumento fictitius ille canon, suumque iudicium infirmaretur? Absit. Quis in homine gravi, honesto, docto indignitatem hanc vel minimum suspicetur, quam vel puerili ipsi Hebraica legentes erant perspecturi?

ɕturi ? Typographi ergo oſcitantiae hoc tribuendum. Non ſolum porro Ioſephus Kara hunc Samuelis textum interpretans utitur particula caph cum numeris iuncta in ſignificatione *ſicut*, ſed & bis in hunc eumdem locum id facit Kimchius, doctiſſimus ille Iudaeorum grammaticus, כחמשים כשבעים, *ſicut L*, *ſicut LXXX*. Bis hoc idem in hunc locum repetit Iarchius, qui praeterea ad II. Sam. XVIII. 3. etiam caph numeris iunctum in hac eadem ſignificatione uſurpat: כעשרת אלפים *ſicut decem millia*. Hoc idem fecerunt antiqui ſcriptores, noſque vidimus in ſuperius producto teſtimonio Medràs Rabbà caph rurſus uſurpari cum numero שבעים, ſeu *LXX*, in ſenſu *ſicut*. Plura, opinor, Hufnagelius non deſiderabit. Sed fingamus anomalam eſſe particulam caph numeris iunctam, nec eam ferre ſacri contextus ſyntaxim. Quid inde contra ſtatutam ſententiam ? Annon praeſto eſt vox כמו, vel alia conſimilis, qua ſecure utamur in ſupplenda huius textus ellipſi ? Ea ergo utatur, ſi placet, nos non repugnamus.

§. X.

In Hufnagelii ſententiam nonnullae auctoris animadverſiones.

QUid porro de hoc Samuelis loco opinatur acerrimus hic noſter ſtatutae comparationis hoſtis? Hanc eamdem, quam impugnat, ſententiam, comparationem hanc, hunc eumdem verborum ſenſum ſub ſuae diſſertationis finem, quod mireris, adoptat, cum hoc ſolum diſcrimine, quod ille poſteriora verba *L virorum millia*, Kennicottium, & Tychſenium ſecutus, adſcititia putet, e margine in textum intruſa, ego vero genuina, & authentica. *Addita hac gloſſa*, inquit is, חמשים אלף איש *indicantes*, *percuſſis his LXX viris tantam cladem fuiſſe viſam*, *AC SI quinquaginta hominum millia interfecta fuiſſent* (1). Hunc, non alium eſſe controverſorum verborum ſenſum iis ipſis, quae produxeram, Hebraeorum teſtimoniis comprobat, ita ut ſi ſemel ſalva tectaque ſtatuatur eorumdem verborum divinitas, & auctoritas, Hufnagelius ipſe

(1) Commem. diſſert. pag. XVII.

ipſe interpretationem noſtram ut ceteris veroſimiliorem approbet, ac tueatur. Iam vero ad contraverſorum verborum varietatem, divinitatemque eliminandam quodnam ipſe argumentum produxit? Quamnam reſponſionem ad ea, quae Kennicottio ad eam adſtruendam obieceram? Quo fundamento, qua fide Hebraici hic textus integritatem tanto antiquiſſimarum verſionum, codicum, editionum conſenſu confirmatam impetit, quae niſi ſole clarius conſtet corruptio, ex doctiorum criticorum praeſcipto ſemper eſt retinenda, ac defendenda? Si enim ex ſolis coniecturis, ut ab Houbigantio, ac nuperrime a Reiskio, ex uno alterove codice, ut a Kennicottio, eiuſque ſectatoribus, a puro verborum cortice vel planiori ſenſu, ut hic a Tychſenio, & Hufnagelio actum eſt, de ſacrorum verborum, ac textuum genuina lectione eſt definiendum, quid de ſacroſancto revelationis fonte ſuperfuturum arbitrabimur? Quam miſera eius conditio, ac fides! Si porro gloſſa haec ad marginem primum addita ex auctoris noſtri confeſſione LXX interpretum aetatem ſuperat, qui illam iam in ſacrum textum receptam in

ſuis codicibus repererunt, ita & temere, & inſipienter eam nonniſi rabbinicum ingenium, & talmudiſtarum ſomnia redolere conſcribit Hufnagelius. Eſt enim eorum aetate multo antiquior. Perperam autem aſſerit doctiſſimus vir haberi hic antiquarum verſionum inconſtantiam, quae dubiam reddat textus integritatem. Verſiones antiquae legunt omnes haec verba, & in una eorumdem expoſitione nonnullae diſſentiunt; & in additamento copulae. Tantum hinc abeſt, ut antiqui interpretes verba haec, ut purum gloſſema ad textum non ſpectans habuerint, ut potius verba ipſa in textu ſeiuncta cum antecedentibus verbis coniunxerint, ſicque occiſorum numerum ſupra fidem auxerint.

§. XI.

Auctoris ſententia a celeberrimi Michaelis obiectis vindicatur

MAgnum eſt apud doctos, editiſque quamplurimis optimis ſcriptis celeberrimum Iohannis Davidis Michaelis nomen. Doctiſſimus hic Goëttingenſis linguarum

rum orientalium professor in bibliotheca orientali, & exegetica (1), quam auctoris liberalitati una cum variis aliis eruditissimis eiusdem operibus debeo, nonnulla & ipse propositae comparationis coniecturae opposuit, quae hic maiori, qua fieri potest, brevitate examinamus. Primum infirmum putat argumentum ex antiquarum editionum auctoritate petitum. Si primae editiones, inquit is, ab hodierno textu recedunt, non est ergo is adeo infallibilis, ut iactitant nonnulli. Si conveniunt, ubi codices, ac versiones differunt, non multum eum confirmant, quia testes sunt nimis recentiores. Quae ergo a me de mss. codicum, unde petitae sunt, praestantia coniiciuntur, merae, si ipsi credimus, coniectationes sunt nullo typographorum eius aetatis testimonio roboratae. Quid ergo? An propterea, subdit is, accurata & vera est haec lectio, quod eam habeant editiones omnes saec. xv? De critico antiquarum editionum usu multa nos

(1) *Orientalische und exegetische bibliothek* in 8. Ff. ad M. *Vierzehnter Theil*, seu parte XIV. num. 224, pag. 1. seqq.

nos diximus de Heb. typographiae origine agentes, & plura adhuc dicemus in introductione in ſacram criticam, ubi de variis ſacrae criticae fontibus ſumus acturi. Nunc haec reponimus. Ita de primis editionibus loquitur perilluſtris Eques, ut ſat demonſtret ſibi parum perſpectum eſſe, quaenam ſit illarum editionum conditio ac ratio, quae hucuſque doctioribus bibliographis, ac criticis reapſe obſcuriſſima fuit. Si quid ergo de his editionibus earumque natura, & indole dixi, vel dicam, id meo quodam iure mihi videor efficere, qui feliciſſimo & inaudito hucuſque eventu factus ſum illarum omnium, vel fere omnium poſſeſſor. Primae utique editiones ab hodierno textu recedunt. Amaſoreticae illae plerumque ſunt, in multis cum antiquiſſimis verſionibuss congruunt, ſexcentaſque optimae notae varias lectiones continent; hocque pervulgatum eſt apud nuperrimos criticos, qui ubique illis utuntur ad variarum lectionum confirmationem. Earum uſus & auctoritas maximi iam ſit a criticis omnibus, ex quibus, qui iactitant ineffabilem textum hodiernarum editionum, ſi varias ii lectiones excludunt,

mino-

minoris momenti menda, minoresque emendationes, perperam illud iactitant. Sed variae lectiones, & minora menda textus infallibilitati, integritati, auctoritati non obstant, & si obstarent, nullus iam superesset integer ac infallibilis textus, nullus revelationis fons, scriptura nulla. Nec enim tangunt illa substantiam rerum, ex qua textus integritas est dimetienda, quae cum in hodierno textu, hodiernisque editionibus sarta tecta servetur, quare non erit is infallibilis, divinus, authenticus? Hinc qui generatim dicunt hodiernum textum corruptum, meo quidem iudicio non accurate loquuntur; immo & turpiter errant. Etenim si textus integritati non officiunt variae lectiones, quod nemo diffitetur, quarum alterutra mendosa, & falsa, nec menda ipsa officient.

§. XII.

Productum antiquarum editionum praesidium defenditur

IAm vero si vetustae editiones, ubi recedunt, hodiernum textum emendare queunt, & gravissimae in hoc auctoritatis sunt,

ſunt, quare ubi conveniunt, cum confirmare non poterunt? Nego autem teſtes eſſe nimis recentiores. Quiſquis enim ſcit non editionum aetatem, ſed aetatem codicum, ex quibus editiones ipſae immediate efformatae ſunt, eſſe attendendam. Ex praeſtantibus autem codicibus, optimaeque notae vetuſtas, ac primarias editiones eſſe hauſtas, non ſunt iam merae coniectationes. Conſtat id tum ex ampliſſimis typographorum, ac correctorum teſtimoniis, tum ex facto ipſo & conditione editionum. Quandoquidem ſi quae in iis exſtant variae lectiones, ad verſiones antiquas, quaſi ad lapidem lydium, meliorisque notae codices probet criticus, obſervabit eas plerumque cum iiſdem, ut diximus, convenire, ac proinde ex antiquis codicibus petitas fuiſſe. Quod quidem experimentum fauſto omine captum eſt tum a Iudaeis, tum a Chriſtianis criticis, qui nullam, aut vix nullam variam lectionem alicuius momenti producunt accuratiorum mſs. auctoritate munitam, quae praeſidium quoque ſuum non habeat in vetuſtiſſimis editionibus. Ego ſaepe percurri criticum commentarium R. Ie-

didiae

didiae Norzii, & vix vidi pro insigni ulla lectione afferri ספרים כּי מדוייקים *mss. codices correctissimos*, quin simul producantur דפוסים ישנים *editiones antiquae*; adeo verum est ad correctos codices eas esse perfectas. Sed quid haec ad rem nostram? In controverso Bethsamitarum loco, in quo conveniunt cum hodiernis antiquae editiones, dissentiunt ne codices & versiones? Nullus hic versionum, nullus mss. codicum dissensus (nec enim in tanta codicum copia, qui ad nongentos, vel forte etiam mille ascendunt, bini vel tres dissensum faciunt), proindeque etiam ex Michaelis ipsius sententia hodiernum textum luculenter confirmant. Animadvertere autem debebat doctissimus vir, me non ex sola vetustiorum editionum auctoritate argumentatum esse, sed & ex codicum ac versionum consensu, nec huius loci integritatem, hodiernamque lectionem tuitum esse, quod eam haberent editiones omnes xv saeculi, sed quod in ea tuenda fortes omnes sacrae criticae convenirent. *Qua enim aetate*, inquiebam, *quove modo constantissimam hanc Hebraici textus cor-*

corruptionem invectam arbitramur? In Graeca, in Chaldaica, in vetustioribus omnibus orientis, & occidentis versionibus suppostititium illud habetur additamentum. Habetur in vetustissimis Iudaeorum, & Christianorum scriptoribus; habetur in antiquioribus omnibus, & accuratioribus codicibus, immo binis exceptis, in omnibus quotquot exstant. Habetur demum in universis editionibus, tum recentioribus, tum primariis, subque ipsa typographiae incunabula perfectis (1). Haec erant attendenda, ad haec respondendum, constituendumque qua aetate, quo modo corruptio haec codices omnes, versiones omnes invaserit. Et quoniam rabbinicam hanc glossam LXX interpretum aetate superiorem esse aegre Hufnagelio concedit, definendum erat, quî fiat, ut in illorum versione, & in omnibus, quotquot post eam formatae sunt, illa reperiatur.

§. XIII.

(1) *De Heb. typ. origine* pag. 98.

§. XIII.

Reliqua Michaelis obiecta examinantur

SEd inverosimilis est, si auctorem nostrum audimus, isthaec sacri textus ellipsis, ac comparatio. Qua enim ratione, inquit is, LXX viri, vel ut Iudaeorum nonnulli putant, eorum quisque esse poterat sicut L millia? Facile intelligitur, ut viri Davidis dicere ei potuerint: tu validus es, sicut decem millia ex nobis II. Sam. XVIII. 3. Nihil hic hyperbolicum; multo enim magis dicere illi potuissent. Sed si David fortissimus ille dux cum decem millibus comparatur, ineptum omnino est quemlibet civem Bethsames L hominum millibus aequiparare. Non solum porro Hufnagelii observationem de praefixo caph probat doctissimus senex, sed & maius eam robur accipere arbitratur ex producto II. Sam. loco, ubi non reperitur iam כעשרת אלפים ממנו, ut reperiri quidem deberet, sed כמנו עשרה אלפים. Haec celeberrimus vir, quem miror inverosimilem constituere ellipsim & comparationem, cuius luculentissimum ipse pro-

profert exemplum. Producto enim Davidis exemplo, quodnam praestantius ad coniecturam illam meam confirmandam afferri poterat? Annon ostendit comparationes huiusmodi fieri consuevisse? Annon eamdem particulam caph eodem prorsus modo subintelligi, ac suppleri, ac in nostro hoc controverso Bethsamitarum loco? Hanc sane ellipsim agnoscunt, & supplent vulgatus interpres, & Iarchius in hunc locum, & ita fere supplet Iarchius, ut reperiri debere contendit noster auctor: כעשרת אלפים כמונו *sicut decem millia, ut nos sumus*. Hanc eamdem ellipsim, & comparationem agnoscit, & supplet Michaelis ipse, qui verba haec vertit: „ Du bist so gut, ALS zehn tausend „ von uns, *Tu es ita bonus, UT decem millia ex nobis*. Vidimus supra unum Goliath comparari cum decem millibus. Videmus nunc hoc idem fieri de Davide. Bina ergo eaque non controversa, vel obscura habemus harum comparationum exempla, quae statutam Bethsamitarum comparationem confirmant. Hae comparationes in usu sunt apud omnes nationes, apud omnes historicos, ipseque Michaelis animadvertit etiam Regem

Bo-

Borussiae in Chesterfieldii epistolis CC hominum millibus in virtutis laude aequiparari. Quare ergo etiam in virtute, vel dignitate LXX ex primoribus, ac fortioribus Bethsamitarum cum L millibus comparari a sacro scriptore non potuerunt, tantique haberi eorum clades, quanti L virorum millium? Quae autem adversus hyperbolicam nonnullorum Iudaeorum opinionem subduntur, meam expositionem non afficiunt. Non ego quemlibet dixi ex LXX, sed LXX viros L millibus aequiparari, nec illam Iudaeorum mentem a sacro contextu, meaque sententia aperte alienam produxi, nisi ut ostenderem Iudaicae antiquitatis consensum in subintelligenda hic pura, ac simplici comparatione. Patent haec cuilibet opusculum meum legenti. Non ergo mihimetipsi attribuenda expositio vere medraschica, & allegorica, qua adeo supra fidem Bethsamitarum dignitas, ac virtus augetur, ut confutatione non egeat. Haec de celeb. Michaelis obiectis, qui in oppugnanda recepta sacri textus lectione cum Kennicottio, Tychsenio, Husnagelio consentit, nisi quod non probet glossam hanc LXX interpretum aeta-

te esse antiquiorem; in quod tamen absurdum cadant necesse est quotquot huius loci integritatem oppugnant. Porro quae hucusque in propositae coniecturae defensionem praesidiumque diximus, non eo sane diximus, ut aliis illam suaderemus, sed ut constaret, immerito ut inverosimillimam a duobus illis illustribus Germaniae scriptoribus fuisse traductam.

IV

DE ESTHERIS ADDITAMENTIS

EORUMQUE FIDE AUCTORE AC PRIMIGENIIS VARIISQUE CODICIBUS.

§. I.

Additamentorum fides ex textu ipso protocanonico

TANTA est protocanonici Estheris libri cum deuterocanonicis eius additamentis connexio, ut qui haec neget, vel respuat, illum quoque negare, vel respuere cogatur. Multa enim in hodierno libro Estheris in Esdrinum canonem recepto silentio praetermittuntur, quae in eo scripta commemorantur, ex quibus alia quidem perierunt, alia vero in additamentis ipsis servata sunt. 1. Edictum, & epistolae Assueri de repudiatione Vasthi cap. I. 19. & 22, quas in Medorum archivis ineditas remansisse verosimile est. 2. Priores Mardochaei litterae ad Iu-

daeos de inſtitutione feſti Purim cap. IX. 20, quarum tantum ſumma ibidem exhibetur. 3. Secunda epiſtola Eſtheris, & Mardochaei ad Iudaeos in huius feſti confirmationem cap. IX. 29. Sermo demum, ſeu diſſertatio Eſtheris ſuper hac re, quae in Hebraico textu cap. IX. 32. dicitur ſcripta in libro Eſtheris. Poſterioris vero generis ſunt 1. Aſſueri edictum, & epiſtolae de perdendis Iudaeis cap. III. 12. 13. Verſiculo 14. vix harum epiſtolarum ſumma indicatur. Cap. IV. 8. *Exemplar edicti, quod pendebat in Suſan, dedit ei, ut reginae oſtenderet*. Hoc producitur in additamentis cap. XIII. 1. 7. 2. Mardochaei oratio cap. IV. 15. *Eſther haec Mardochaeo mandavit: vade, congrega omnes Iudaeos, orate*. Verſ. 17. *Ivit Mardochaeus, & fecit omnia, quae ei Eſther praeceperat*. Iſthaec oratio habetur in additamentis cap. XIII. 8. ad 18. 3. Mardochaei manifeſtatio inſidiarum in hiſtoriis, & annalibus ſcripta ab Aſſuero, ſeorſim vero a Mardochaeo ipſo litteris mandata cap. II. 23., & VI. 1. 2. Haec producitur in additamentis cap. XI., & XII. 4. Aſſueri epiſtolae ad Iudaeos pro eorum ſalute, & ſecuritate cap. VIII. 9. 10.

Harum

Harum ſumma exhibetur verſ. 13., ſed plenius & integre in additamentis cap. XVI. Quam autem pugnam, qui haec additamenta reiiciunt, cum libro ipſo protocanonico reperiri autumant, eam quamplures ex noſtratibus ſuſtulerunt, quibus nuperrime acceſſit doctiſſimus Marchinus, praeceptor olim meus amantiſſimus, in tractatu recens Auguſtae Taurinorum impreſſo de ſacrorum librorum divinitate.

§. II.

Ex vetuſtiſſimis verſionibus, ac Ioſepho

NOn una porro protocanonica Eſtheris hiſtoria firmatur additamentorum fides, ſed & vetuſtiorum interpretum, ac ſcriptorum auctoritate. Additamenta haec legit antiquiſſima verſio Graeca LXX interpretum, ut ob unam eorum auctoritatem maximi pendendam inſipienter iudaicae ea antiquitati ignota fuiſſe conſtituat Chriſtophorus Wolfius. Origenes, ſummus ille primaevae eccleſiae criticus, qui Graecam verſionem recenſuit, additamenta haec aſteriſcis, & obelis inſtruxit, Origenianumque

exemplar, ut & Theodotionis alterum, ſub finem ſui ſyntagmatis prodidit Uſſerius. Additamenta haec legit verſio Syriaca, legit Arabica, legit vulgata, cuius auctoritatem in variis lectionibus, & diſſenſu ab hodierno Hebraeo textu, veteribus erroribus, ac praeiudiciis antiquatis, eoque, ut videtur, animorum aeſtu, & odio ſublato, quo ferebantur, agnoſcunt iam, ac luculenter confitentur doctiores ipſi heterodoxorum critici. Quotquot ex iis varias ſacri textus lectiones collegerunt, vulgatae auctoritatem in ſubſidium vocant, & producunt. Auguſtus Dathe, doctus Hebraicarum litterarum in Lipſienſi academia profeſſor, de illarum lectionum fontibus agens, diſerte ſcribit: *Verſionem vulgatam inter eas, quae ex antiquitate ſuperſunt, haud infimum locum occupare* (1). Infra vero ex duabus illam verſionibus mixtam eſſe ſubdit: *quarum par non poteſt eſſe auctoritas, utriuſque tamen ſemper tanta, quae ſine temeritate prorſus reiici non poteſt*. Luculentius adhuc loquitur Iohann. Auguſtus Starckius, ſummae eruditionis, ac iudi-

(1) *De difficultate rei criticae in V.T. caute diiudicanda* 4. Lipſ. 1762. §. 9. pag. 25.

iudicii vir, qui in nuperrimo doctissimo opere de Davidis, aliorumque poetarum Hebraeorum carminibus multa in vulgatam laudem, & αὐθεντίαν, Tridentinique decreti aequitatem, ac defensionem protulit (1), in quo candide fatetur nihil durum, aut a libertate christiana aversum se deprehendere, sed legem potius ad unitatem ecclesiae valde salutarem, ne versionum varietate confunderentur imbecilliorum animi. Ex ipsis porro ad Psalmos annotationibus, concludit is, *perspecturi sunt eruditi*, *quantum nobis in recte diiudicandis lectionibus antiquis praesidii haec versio praestiterit*. Iam vero exemplar epistolae Assueri pro Iudaeorum salute prorsus cum vulgato conveniens profert Iosephus Flavius antiquitatum Iudaicarum lib. XI. cap. VI. Mardochaei, & Estheris orationes non solum memorat, sed & earum summam exhibet commemorato loco, ubi & Estheris ingressum ad Assuerum, utriusque colloquium, & regiam epistolam ab Amano missam ad principes provinciarum de Iudaeorum caede aperte producit.

Male

(1) *Davidis aliorumque Poet. Heb. carm.* lib. V. vol. I. pag. 279. seq., & pag. 308.

Male ergo Calmetus proleg. in Esther non solum latuisse haec additamenta Iosephum historicum non invitus suspicatur, sed & nihil prorsus de iis eum scripsisse expresse inferius, quod miror, conscribit. Mardochaei somnium, eius orationem, orationem Estheris, eius colloquium cum Assuero, integra, ut in vulgata leguntur, profert etiam Iudaeorum Iosephus Gorionides (1).

§. III.

Ex mss. Hebraeo biblicis codicibus, pontificio potissimum

EXstant etiamnum mss. codices Hebraeo-biblici, in quibus Estheris additamenta chaldaice exhibentur. Ex his tres in Italia reperiuntur mihi quidem comperti. Primus pontificius noster est; Vaticanus alter integrorum etiam bibliorum, inter Urbinates primus, de quo multa doctissimus Assemannus, tertius Ambrosianus, isque antiquissimus sub num. B 35. designatus in fol. maiore, qui Pentateuchum cum quinque Meghil-

(1) Iosisson lib. I. cap. II, III, & IV. pag. 74. seqq. edit. Hebraeo-latinae Breithaupti.

Meghilloth, & Chaldaica paraphrasi complectitur. Qui extra Italiam codices haec additamenta referant, ignotum est. Verosimile tamen est nonnullos alios reperiri, qui ea habeant, ex iis potissimum codicibus Hebraeo-biblicis, qui Chaldaica in omnes, vel fere omnes sacros libros paraphrasi insigniuntur. Atque in his, quos Lelongius, ac Wolfius recensent, numerandi potissimum videntur Badensis, olim Reuclini, Erfurtensis, Dresdensis, & Brandeburgicus. Singularis autem & animadversione prorsus dignissima est ratio, qua haec additamenta exhibentur in codice pontificio. Nullum enim inter ea, & reliquos sacros libros intercedit discrimen. Character maior est, & idem plane cum charactere protocanonici, qui praecedit, Estheris libri. Punctis & accentibus, ut sacri libri, instructa sunt; sub finem vero, quod mireris, recensentur ut ad canonem spectantia, & versiculorum summa ex scribarum praescripto, qui sepem legi sacrisque libris fecerunt, apponitur, ne amittantur, vel corrumpantur. *Numerus versiculorum libri est 51. Explicit oratio Mardochaei, &*

ora-

oratio Estheris, *&* *somnia illius*. Hoc autem eorum librorum, qui in canonem recepti sunt, peculiare ac proprium esse norunt docti. In codice Vaticano additamenta haec punctis, accentibus, titulo, & epigraphe destituuntur; character vero minor est. In Ambrosiano autem titulo quidem carent, ut ex nuperrimis clarissimi Brancae litteris intellexi, sed puncta & accentus, eamdemque sub finem habent masorethicam epigraphem. Character tamen minor est, idemque cum charactere Targum.

§. IV.

Additamentorum auctor & aetas

DE horum additamentorum auctore, & aetate mira est interpretum dissensio. Ei, qui primum hodiernum Estheris librum vel Hebraica archetypa concinnavit, ut Origenes contendit, tribui haec additamenta non posse multa sunt, quae suadent, ac illud in primis, quod in tanta Iudaeorum tenacitate & religione numquam ex iis, si umquam exstassent, excidissent. Quamobrem perperam hodiernos codices ut mutilos,

los, ob eorum defectum reprehendit irreligiosus Wisthonus. Lyram, & Sixtum Senensem non moror, qui additamentorum auctorem faciunt Iosephum Flavium, LXX interpretibus longe recentiorem, qui ea legerunt. Ea ne ergo tribuemus Graeco ipsi interpreti, quisquis is sit, qui ea, quae ex tempore dici poterant, addiderit? Placuit hoc Hieronymo, qui vulgati interpretis nomine Graecum intelligit eius interpretationis auctorem, quae ea aetate, ut animadvertit Huetius, κοινὴ appellabatur, non Latinum antiquae vulgatae auctorem, ut tot hucusque scriptores perperam intellexerunt. Asserit enim Hieronymus additamenta haec scripta reperisse se *in editione vulgata Graecorum lingua & litteris*, eaque reapse reperiri in Graeca interpretatione manifestum est. A qua opinione parum distant, qui hellenistam quemdam, ut Grotius, ac Dupinius, vel qui Lysimachum graece Estheris librum interpretantem, ut Calmetus, aliique, harum additionum auctorem faciunt. Sed hae opiniones non placent. Quare enim ex arbitrio cuncta haec confixisse arbitremur privatos interpretes,

pretes, & non potius ex authenticis codicibus, publicisque annalibus petiisse, ut ratio ipsa suadet? Suo ne marte Assueri exempli gratia epistolas invexerunt, quae Iudaeorum omnium manibus terebantur? Aut ita ne illae ex eorum manibus, & animo exciderant, ut nullum superesset exemplar? Haec & alia multa, quae parum cohaerent, fingant necesse est, qui haec interpretibus attribuunt. Nec sane intelligo, cur LXX interpretes, qui religiosissime sacras litteras verterunt, verborum litteram, non paraphrasim sectati, in hoc uno Estheris libro vertendo morem hunc, ac religionem deseruerint, vel Lysimachus *religiose*, ut ipsissimis Calmeti verbis utar, *verba textus secutus non sit, quemadmodum a ceteris vetustis sacrorum librorum interpretibus servatum est*. Calmetus, qui eorum sententiam explodit, qui haec additamenta archetyporum exemplarium varietati tribuunt, propterea quod nullum dicti sui documentum solidum exhibeant, quodnam affert ipse solidius suae huius opinionis? Illud ne, quod nihil de iis Iosephus dixerit, fidissimus harum rerum scriptor, vel quod in Graeco eius

eius exemplari deessent? Atqui falsissimum hoc esse superius animadvertimus, ubi Iosephum vidimus illustre nostrorum additamentorum fidei testimonium ferentem? Haec porro quae diximus, etiam contra Huetium faciunt, qui ea non ex Mardochaeo, sed ex variis synagogae magnae viris repetit, qui varia huius libri exemplaria ediderint, alia quidem, quae haec additamenta legebant, alia vero, quae iis destituebantur. In hac enim hypothesi nonnisi ex praeexsistentibus Mardochaei actis sumere ea debuissent synagogae assessores. Sed unde haec exemplarium varietas & inconstantia ex sapientissimo consessu, qui hoc potissimum praecavebat, ut exemplarium varietas tolleretur, & ut una eademque fidei ac revelationis regula servaretur? Quare in aliis ea exemplaribus posuerit, in aliis neutiquam, haec, non illa probarit? Si vero utraque exempla probata sunt, quae ex eodem auctoritatis fonte manabant, qui fit ut sacrorum librorum canon a synagoga ipsa constitutus ea non habeat?

§. V.

§. V.

De antiquo Estheris libro a Mardochaeo conscripto.

EGo aliter sentio, & antiquum Estheris librum ab hodierno distinguendum esse censeo. Alium autem antiquitus Estheris librum exstitisse suadet sacer contextus cap. IX. 32. Vulgata hic a textu discedit, vertensque: *& omnia, quae libri huius, qui vocatur Esther, historia continentur*, de hodierno libro Estheris sacri scriptoris verba interpretatur, quae de alio prorsus & antiquo interpretanda sunt. Hebraeus textus legit: ומאמר אסתר קים דברי הפורים האלה ונכתב בספר *Sermo autem Estheris confirmans res, vel facta harum sortium, conscriptus est in libro.* Sacer Scriptor appellat hic ad antiquum alium Estheris librum, qui illum sermonem in huius festi confirmationem complectebatur. Scio esse, qui aliter sacra verba interpretentur, & inter Iudaeos Iarchius de libro agiographorum ea exponit. Sed Chaldaica paraphrasis posterior בספרא דמגילתא. De volumine ipso Estheris interpretatur, & sic

ſic communiter interpretes tum Iudaei, tum Chriſtiani. Alium porro Eſtheris librum hic innui non diffitentur Iudaei. *Obſervant Hebraei*, inquit Sgambatus (1), *librum, cui additus erat ſermo Eſther, non eſſe hunc, ſed alterum aliquem eo tempore, quo haec ſcripta ſunt, notum. Kimchi notat ob id dici* בספר (baſepher cum he demonſtrativo extruſo)... *ac ſi diceret in libro illo ſatis noto. Quamobrem*, concludit Sgambatus, *praeter hunc librum exſtat alius, in quo ſermo Eſther, quem longa aetas nobis invidit*. Aben Eſra Kimchio antiquior ſcribit etiam in hunc locum padach ſub littera beth ibi exhiberi, ut innuatur liber הידוע בימיהם ואבד הספר כאשר לא מצאנו מדרש עדו וספרי שלמה וספרי דברי הימים למלכי ישראל וספר מלחמות יהוה וספר הישר *ea aetate celebris, qui periit, ut non invenimus expoſitionem Iddo, & libros Salomonis, & libros annalium regum Iſrael, & librum bellorum Domini, & librum recti*. Antiqui huius ac deperditi Eſtheris libri exſiſtentiae robur addit inſignium nonnullorum interpretum, ac theologorum opinio, qui putant duplex olim Eſtheris exemplar exſtitiſſe, brevius alterum, alterum paullo locupletius, unde

 Grae-

(1) *Archiv. vet. teſtam.* pag. 387.

Graeca, ac Latina versio manarint. Id coniectatus est Bellarminus, & post Bellarminum Huetius, qui quum synagogae magnae librum Esther acceptum referat, complures ad eum scribendum animum adiecisse putat, *atque inde factum ut diversa eius exstiterint exemplaria*. Bellarmino, & Huetio plures alii adhaeserunt, & ex recentioribus Gravesonius. Ipsa etiam hodierni Estheris libri conditio manifeste evincit antiquum Mardochaei librum ab hodierno esse diversum. *Nam quomodo in hoc ipso libro*, apposite ad rem nostram ait commemoratus Huetius, *narrare potuisset Mardochaeus se librum scripsisse, ad Iudaeos misisse, hunc ipsos suscepisse, & quaecumque eo mandabantur, peregisse? Librum scriptum ante esse oportuit, quam mitteretur ad Iudaeos, ab iis susciperetur, & tradita in eo praecepta observarentur; multo etiam magis, antequam missio illa, ac susceptio, atque observatio scriberentur* (1).

§. VI.

(1) *Demonstr. evang.* tom. I. pag. 236. edit. Ven.

§. VI.

Antiquus Mardochaei liber qua primum lingua exaratus

SEd liber hic Estheris antiquus, quem Mardochaeum ipsum congessisse sacer textus innuit, qua primum lingua conscriptus est? Chaldaico is primum idiomate exaratus videtur, & multa sunt quae coniecturae fidem faciunt. Scripsit enim Mardochaeus in Assueri regno, ubi latissimus, ac familiaris erat Chaldaici sermonis usus. Scripsit ad Iudaeos captivitatis Babylonicae sub Iechonia abductos, ad quos ipse pertinebat, vel ad eorum prognatos per universam Assueri ditionem, variasque provincias dispersos, qui chaldaice loqui familiariter coeperant. In horum autem gratiam Mardochaeum librum hunc conscripsisse extra controversiam est, constatque ex cap. IX. 20. Scripsit ea aetate, qua publice nationis facta & historiae, praecipue extra Palaestinam, ut ex Daniele, & Esdra patet, chaldaice conscribebantur. Scripsit demum ea aetate, qua, sive sub Dario Hystaspi, sive sub

Artaxerse Longimano ea constituatur, Hebraicum idioma coeperat certe in desuetudinem abire. Etenim etsi ab eorum sententia longe absim, ut alibi ostendi (1), qui in captivitate Babylonica Hebraicam linguam penitus putant intercidisse, quod olim Kimchio, Ephodaeo, Eliae Levitae placuit, & ex Christianis Bellarmino, Sixto Senensi, Buxtorfio, Hottingero, Bocharto, aliisque sexcentis, negari tamen nequit, patetque ex Nehemia ipso VIII. 8., qui sub Artaxerse Longimano floruit, Iudaicam plebem non eam amplius primigenii sermonis habuisse consuetudinem, ut expedite intelligeret, nec explanatione, & interpretatione egeret. In haec autem acta etiam Assueri epistolas suarumque precum formam Mardochaeum, & Estherem congessisse nihil verosimilius. Eae enim ad historiam, eiusque fidem, ac perfectionem, ut reliqua pertinebant, iisque destituta insigni eoque authentico documento destitui videbatur; praesertim, quum Chaldaicum Assueri litterarum apographum etiam emanasse, & in Iudaeorum

(1) *Della lingua propria di Cristo, e degli Ebrei Palestini* pag. 9.

rum manibus exſtitiſſe ſacer ipſe contextus evincat cap. VIII. 9. *Scriptae ſunt epiſtolae provinciae & provinciae, populo & populo iuxta linguas, & litteras ſuas, & Iudaeis, prout legere poterant, & audire*. Quod ſi Estheris ſermonem, qui hodie non ſupereſt, in eum librum Mardochaeus inſeruit, teſte ſacro ipſo textu, ut ſupra vidimus, quare eum Aſſueri epiſtolas, ceteraque additamenta omiſiſſe credamus ad hiſtoriam ipſam pertinentia, tantoque veterum conſenſu & auctoritate firmata?

§. VII.

De Chaldaicis additamentis, eorumque indole & conditione

CHaldaica haec huius hiſtoriae acta ita a ſe congeſta ad populares ſuos miſit Mardochaeus Perſarum ditioni ſubiectos. *Scripſit Mardochaeus omnia haec, & litteris comprehenſa miſit ad Iudaeos, qui in omnibus regis provinciis morabantur*, cap. IX. 20. Mardochaei acta coeperunt ergo & privatim, & publice legi in omnibus ſynagogis, donec ſynagoga magna, ac ſacer & ſupre-

mus Palaeſtinorum magiſtratus in Hebraicum ea idioma convertit, recenſuit, abbreviavit, eaque ſic congeſta & abbreviata in ſacrum canonem recepit. Quo factum eſt, ut Chaldaicus Eſtheris liber obſoleverit, & e Iudaeorum manibus & memoria fere deciderit, Hebraicus vero hodiernus, qui quoddam eſt priorum actorum compendium, uſum & auctoritatem obtinuerit. Ita tamen obtinuit, ut non deeſſent, in Aſſyria potiſſimum, Chaldaea, Media, Perſia, Aegypto ſacri codices, qui antiqui veſtigia ac reliquias, qui Chaldaica ſcilicet illa Aſſueri litterarum apographa, & Mardochaei, & Eſtheris orationes haberent in ſacrum textum inſertas, & ut non deeſſent etiam multae extra Palaeſtinam praecipue ſynagogae, quae hos ipſos codices, & haec ipſa additamenta ut ſacra ac divina legerent, ac reciperent. Eiuſmodi codices exſtaſſe in Aegypto LXX. interpretum aetate, teſtis eſt eorum verſio. Ipſi enim, vel anonymi auctores verſionis illis tributae, Eſtheris certe exemplar ob oculos habuerunt, quod haec additamenta complectebatur. Si vero integra, quod nonnullis placet, Graeca huius libri verſio

versio Lysimacho tribuitur, constat iam codices istos exstitisse etiam, lectosque fuisse in Palaestina, & in ipsa Ierusalem, ubi versio illa facta est, teste Dosithaeo ac Ptolemaeo eius filio, qui eam in Aegyptum detulerant. Esth. XI. 1. Hi iidem codices supersunt etiamnum, ut supra vidimus, qui haec additamenta ita exhibent, ut appareat fuisse olim in Iudaeorum synagogis in canonem relata, & ut sacra habita. Sed hodierna haec Chaldaica Estheris additamenta retenta ne sunt ex Mardochaei actis, & ex antiquo illo Estheris libro, an vero ex Graeca, vel Latina interpretatione hausta? Posterius ego nullo modo dixerim, qui ea cum Graeco, Latinoque textu non convenire deprehendo, nec ad amussim ad eorum fidem esse translata. Primum illud si quis coniiciat, meo quidem iudicio fateatur necesse est, ea, qualia supersunt, sequioribus forte temporibus esse interpolata. Nonnulla enim sunt, quae recentiorem sapiunt aetatem, non ita tamen recentiorem, ut antiquiora habenda non sint utraque edita Estheris paraphrasi priori, ac posteriori, ut collatio ipsa demonstrat. Sed cuiuscumque tandem aetatis, & aucto-

ritatis ſint Chaldaica haec additamenta, ſacrorum ſane criticorum, & interpretum ſtudiis ſunt utillima, maximoque eos beneficio devinxit doctiſſimus Apameae Archiepiſcopus, & Vatican. biblioth. diligentiſſimus Praefectus Stephanus Evodius Aſſemanus, qui Vaticanos codices recenſens, & illuſtrans, haec ipſa additamenta Chaldaica ex Vaticano codice in lucem edidit. At vero quum in paucorum manibus ſit egregius ille Vaticanorum mſs. index, atque igne praeterea abſumpta ſint prioris voluminis exemplaria, quae ea complectebantur, ac nonnulla etiam menda in illam editionem irrepſerint, hinc percommodam me rem, ſacrorumque philologorum ſtudiis utillimam facturum arbitror, ſi denuo hic ea ex pontificio codice accuratiora ederem, nova mea Latina verſione, notuliſque criticis ſtipata, quibus variae Vaticani, Ambroſianique codicis lectiones comprehenduntur.

CHAL-

V

CHALDAICA
ESTHERIS ADDITAMENTA
EX PONTIFICIO CODICE

CUM LATINA VERSIONE VARIISQUE LECTIONIBUS CODICIS VATICANI ET AMBROSIANI

אתחיל לכתוב

תפלתו של מרדכי ואסתר

בשנת תרתין למלכות אחשורוש ומרדכי יהוד׳ חלם חילמא והא זעייא רבא ואכליותא (1) וקל בהולתא על (2) כל ארעא ודחלא ורתיתא אחדו ית יתבהא ואיתבהילו כל דיירי עלמא (3): באדין איתחזא (4) תרין תניניא רברביא ואתו (5) דין כל קביל דין לקרבא ותווהו כל עממי ארעא (6) לקל איתרגושיתון והוה בין תרין תניניא האינון עם חד זעיר וקמו כל עממיא דארעא עילויה לסלעמותיה ולהובדא דוכרניה מעילוי ארעא: והוה עננא וחשוכא וקיבלא

(1) Vox ואבליותא, quae hic legitur in editione Vatic. indicis, mendum editionis est. Codex Vatic. legit cum caph, ut pontificius, ac corrigendum proinde est *tristitiae* nomen, quod habetur in latina eiusdem catal. versione.
(2) Vatic. addit אנפי *faciem universae terrae*. LXX., Vulgatus, Iosiffon favent pontificiae lectioni.

INCIPIAM SCRIBERE

ORATIONEM MARDOCHAEI ET ESTHERIS

ANno II. regni Aſſueri Mardochaeus Iudaeus ſomniavit ſomnium, & ecce terraemotus magnus, & tonitru, & ſonitus terroris ſuper univerſam terram, & timor, & tremor occupaverunt incolas eius, perturbatique ſunt omnes habitatores mundi. Tunc apparuerunt duo dracones magni, qui venerunt ſecum invicem ad praelium, conſternatique ſunt omnes populi terrae ad ſtrepitum tumultus eorum. Erat autem inter duos iſtos dracones populus unus puſillus, inſurrexeruntque univerſi populi terrae adverſus illum, ut deglutirent eum, ac perderent memoriam eius deſuper terram. Porro nubes & tenebrae,

(3) Vatic., & Ambroſ. addunt לחרא *vehementer*.
(4) Vatic. plur. איתחזין.
(5) Vatic. legit hic ובגו.
(6) Amanuenſis oſcitantia omiſſum verbum hoc in cod. pontificio, quod ex Vaticano, & Ambroſiano reſtituimus.

וקיבלא על אפי כל ארעא ועקת לעמא זעירא ההוא
לחדא וקבילו וצלו קדם יהוה בכל לבא : ותניניא מגיהין
באכזריותא דרוגזיהון ולית מפריש ביני תרויהון: ואיסתכל
מרדכי והא מבועא דמיין חיין עביר ונגיד ביני תרין
תניניא דמגיחין (1) ופסקו מן קרבא : והוה מבועא לנהרא
רבא ופתי תחומין היך ימא רבא אזיל ושטיף בארעא :
ורנחת שימשא ונגהי נוגהא דנהורא על אנפי כל ארעא :
ורבא עמא זעירא אתרומם (2) לחדא ועממיא רמיא
וגיוותנייא מאכו ושדוכת כל ארעא ארום רבת הימנוהא
והוויא שלמא ליתבי ארעא ומן יומא ההוא ולהלן נטר
מרדכי ית חילמא בליבית (3) ולא אישתעי לגברא אילהין
לאסתר בלחודה : והוה כד עק ליה המן ואעיקיה ואמר
מרדכי לאסתר מלכתא בת אביחיל אח אבוהי (4) למימר :
הא

(1) Vatic. add. ואפריש בין תרויהון *ambosque illos separavit*.

(2) Vatic. cum vau coniunct. *Et exaltatus est*.

(3) Vatic. בלבביה, & infra loco לבי, Vatic. item legit לבבי.

(4) Ita plane in Vatic., etsi Latina eius versio nomen hic

brae , & caligo erant super faciem omnis terrae , magnaque angustia premebatur populus ille exiguus , clamabatque , & orabat ad Dominum ex toto corde . Dracones autem praeliabantur in saevitia furoris eorum , nemoque erat , qui ambos illos separaret . Viditque Mardochaeus ; & ecce fons aquarum vivarum fluens , & manans inter duos dracones pugnantes , & cessaverunt hi a praeliando . Fuitque fons in fluvium ingentem & latum terminis , ut mare magnum , praeterfluens , dilatansque se in terra . Ortus autem est sol , & lux splendoris , quae illuminavit superficiem omnis terrae ; crevitque populus exiguus , exaltatus est vehementer, populi vero magni & superbi humiliati sunt . Quievitque omnis terra , quia crevit fides & facta est pax habitatoribus terrae . Ex illa autem die in posterum custodivit Mardochaeus somnium in corde suo , nec ulli narravit , nisi soli Esther . Accidit autem , quum affli-

hic *patris* omittat , legens simpliciter , ut legit vulgatus interpres , *fratris sui* . Pontif. lectionem confirmat Heb. textus cap. II. 7. , qui legit דודו *patrui sui* , & LXX , qui hic vertunt ἀδελφοῦ πατρὸς αὐτοῦ , tum Chaldaeus , Syrus , & Iosiffon , qui omnes docent Abichail non fratrem , sed patruum Mardochaei fuisse .

הא אתי פיתגמי חילמא דאישתעיתי ליך ביומי טליותיך והא מעיקתא דאמרית ליך: וכדון קומי כען וצליאי קדם יהוה אלהא דאבהתנא ואקדימי יתיה בבעותא למיתן ליך לחיסדא ולרחמין בליבא דמלכא אחשורוש ובכן תעולי (1) קדם אפוהי בשופריך למיקום מטול עמיך ומטול ייהוסיך: וצלי מרדכי יהודאה קדם יהוה אלהיה ואמר: בבעו ריבוניה (2) דכל עלמיא יהוה לא איתכסי לבי מן קדמך ולא מן גובהא דרוחא (3) ורומא דלבבי עבדית דא בגין דלא למיסגד להמן עמלקאת הדין: אילהין מרחלתך עבדית ואיתגריתי ביה מטול דלא למיגחין ליה ארום דחילית מן קדמך אלהא עלמיא דלא למיתן יקרך לבר נשא בישרא ודמא בגין כן סריבית למגחן לערלה מסאבא הדין אילהין לשמך רבא וקדישא דאיתקרי

(1) Vatic. & Ambrof. addunt hic קדמוהי *ante eum*, deinde repetunt למקדם אפוהי.
(2) Vatican. forma conftr. רבון כל.

afflixit eum Aman, oppreſſitque, quod Mardochaeus locutus eſt ad Eſther reginam filiam Abichail fratris patris ſui, dicens: Ecce evenerunt verba ſomnii, quod narravi tibi in diebus adoleſcentiae tuae, & ecce tribulatio, quam dixi tibi. Nunc itaque ſurge, & ora ante Dominum Deum patrum noſtrorum, & praeveni eum oratione, ut det tibi gratiam & miſerationes in corde regis Aſſueri, ſicque aſcende in conſpectum eius in pulchritudine tua, ut erigas populum tuum & familiam tuam. Oravitque Mardochaeus Iudaeus ad Dominum Deum ſuum, & dixit: Quaeſo, creator omnium ſaeculorum, Domine, non eſt occultatum cor meum coram te, nec ex ſuperbia ſpiritus, & ex elatione cordis mei feci hoc, quod non adoraverim Aman hunc Amalecitam. Sed propter timorem tuum feci, & concitatus ſum in eum, ne inclinarem me illi, quia timui a facie tua, Deus ſaeculorum, ne darem gloriam tuam filio hominis, carni & ſanguini. Idcirco renui adorare incircumciſum hunc immundum praeter nomen tuum excelſum & ſan-

(3) Vatic. & Ambroſ. legunt דרוחי *ſpiritus mei*. Ioſiffon habet עיני *oculorum meorum*.

דאיתקרי עלנא : ארום מאן אנא וביתי דאיכא דלא אסגוד לאינשא על פורקנא דישראל וסיועהון ולמלחך ית עפר רגלוהי דהמן באתר די תדריך פרסת רגלוהי דהמן : ברם במימרך סכרת נפשן ארום (1) אנת בלחודך לנא ולאבהתנא לאלהא : וכדון אלהנא שיזבנא כען מידית ויפול בשיחא דיכרא ויתאחד במצדתיה (2) דיטמן וכמן (3) לרגלי (4) דחסידיך (5) : מטול דינדעון כל עממיא דלא איתנשיתא ית קיימתא לאבהתנא עבדיך (6) ולא מסרתנא בגלותנא יומא (7) הדין מחלשות ידא אילהן בחוביינא (8) איזדבנא (9) ובסורחננא גלינא (10) ארום

חבנא

(1) Vatic. & Ambros. addunt עלך תליין עינינן ארום *In te suspiciunt oculi nostri, quoniam &c.*

(2) באצדתיה mendum editionis Vatic.

(3) Cod. pont. habet וכזמן. Puto legendum vel וכמן cum Vatic. & Ambros., vel וזמן *& paravit*. Amanuensis utramque lectionem confudit, & ex duabus unam fecit; ad marg. autem notavit ויטמן במא דזמן לרגלוי *& abscondit id, quod paravit pedibus*.

(4) Vatic. constr. forma לרגלי.

(5) Ambros. & Vatic. absque iod altera forma suffixi plur.,

ſanctum, quod invocatum eſt ſuper nos. Quoniam quis ego, & quae domus mea, ut non adorem hominem propter redemptionem Iſrael, & auxilium eius, & ut delambam pulverem pedum Aman, ubicumque incedit planta pedum eius? Verumtamen in verbo tuo ſperat anima noſtra, quia tu ſolus es nobis, & patribus noſtris in Deum. Itaque, Deus noſter, eripe nos de manu eius, cadatque in foveam, quam fodit, & capiatur rete ſuo, quod abſcondit, & quo inſidiatus eſt pedibus ſanctorum tuorum. Ut intelligant omnes populi, quod non es oblitus foederis, quod pepegiſti cum patribus noſtris ſervis tuis, nec tradidiſti nos in captivitatem noſtram die hac ob impotentiam manus *tuae*, ſed propter peccata noſtra venditi ſumus, & propter iniquitates noſtras ca-

K ptivi

plur., & abſque daleth praefixo, quod mendoſe reperitur in editione Vatic.

(6) In Vatic. legitur, etſi in Latina verſ. non exprimatur.

(7) Vatic. כיומא *ut hodie*. Mendum editionis Vat. eſt ביומא *in die*, quod rurſus in verſ. Latina omiſſum eſt.

(8) Vatic. בחובינגא.

(9) Vatic. אורבננא.

(10) Vatic. גלינן.

חבנא לך : וכדון אלהנא רב למיפרוק פרוקינן כען מן ידית ושיזבנן מבישות רעינוי (1) ארום כד עיק לן קדמך נצלי ולוותך נעירוק למיתרם אמטילנן אנת בלחודך למיקום לימינא (2) דחשיכך (3) ולמיפרקינן (4) מן דקיימין עלנא : ואדבר (5) בדון ארום חולקך אנהנא ארום מן לקדמין ומהבבין (6) מאחסנתא (7) דעממיא ובאפרשותך בני נשא אפרשיתנא למיהוי בעדבך ולאנרשותנא מן עממיא למיהוי לך לחביבא וקדישתנא לשמך (8) אפרשותא מן כל עממיא : וכדון אלהנא למה (9) יימרון מעיקנא ארום לית להון אלהא למיפרוקהון ויתפתחון פומהון לסלעמותנא (10) חולקך ולשבח (11) ית פיסליהון (12) והיבלהון

(1) Vat. sing. רעיוניה *cogitationis eius* .

(2) לימונא Mendum editionis Vatic.

(3) Vatic. דחשיכיך *pauperum tuorum*. Ita autem de dextera pauperum interpretandum, non Dei, ut fit in Latina versione Vatic. catal.

(4) ולמפרקינן mendum editionis Vatic.

(5) Vat. & Iosiff. melius ואדכר *recordare*,

(6) Vatic. ומבבין. Ita primo pontif., sed cheth superadditum.

(7) Vat. cum beth, & suffixo באחסנתך *in hereditate*

ptivi abducti, quia peccavimus in te. Nunc ergo, Deus noster, qui magnus es in liberando, libera nos modo a manu eius, nosque eripe a malignitate cogitationum eius. Salvos fac, quum in afflictione sumus ante te, & quum ad te confugimus, ut erigamur. Tu solus potes sublevare dexteram pauperum, & salvare nos ab iis, qui adversus nos insurgunt. Duc ergo nos modo, quia pars tua sumus, quia a saeculis dilecti prae hereditate populorum, & in divisione, quam fecisti, filiorum hominum separasti nos, ut essemus in sortem tuam, & segregasti nos a gentibus, ut essemus dilecti tui, nosque devovisti nomini tuo segregatione hac ab omnibus populis. Nunc igitur, Deus noster, quare dicent oppressores nostri, quod nullus est eis Deus, qui salvet illos, aperiunt-

 que

te tua. Beth praefix. exstabat etiam in pontif., sed mem suprapositum a scriba.

(8) Haec in vers. Lat. Vatic. omittuntur, etsi in cod. Vatic. exstent.

(9) Vatic. cum aleph למא.

(10) Vatic., Ambros., & Iosiffon non habent hic suffixum *nos*,.leguntque simpl. *ut devorent hereditatem tuam*.

(11) Vatic. ולשבחא.

(12) פסילוחון, mendum edition. Vatic.

והיבלהון (1) למימר בהון (2) איסתיענא למכבש ית עמא הדין : כבעו אלהנא פרוקנן כדון מן ידיהון (3) ויבהתון עממיא מפיסליהון (4) והיבלהון (5) וטעוותהון וישוון ידא לפומא במיחזיהון ית פורקנך יהוה וחוס כדון על עמך ועל אחסנתך ולא יסתתמון פומא (6) משבהתא דמייחדן ית שמך רמשא וצפרא תדירא : והפוך איבלינן לבדחא וחידוא ונייתי ונשבחך על פורקנא טבתא די תפרקינן (7) :

וכל ישראל ויהודה (8) קבילו (9) כחדא קדם יהוה אלההון על עיסק עקתא דאעיק להון בזמן דאעיקינון המן בר חמרתא עמלקאה דמזרעית אגג : ולחוד אסתר מלכתא עקת (10) ואפכת עד יהוה לאקמותה

(1) Vatic. & Ambrof. cum caph היכליהון *templa sua* . Ita etiam inferius legitur . Sed Iofiffon etiam ex antiqua Conathi editione pontificiam lectionem confirmat , legens והבליהם *& vanitates eorum* . Edit. Vatic. mendofe cum ב . (2) Vatic. כען .
(3) ודיחון mendum edition. Vatic.
(4) מפיסלוהון mend. edit. Vatic.
(5) Vatic. והיכליהון .

que os ſuum , ut devorent nos hereditatem tuam , & ut laudibus extollant ſculptilia ſua , & vanitatem ſuam , dicentes : Haec ſunt , quae nobis opitulantur ad domandum populum hunc . Quaeſo , Deus noſter , ſalva nunc nos a manibus eorum , & pudore ſuffundantur gentes a ſculptilibus ſuis , & templis ſuis , falſiſque eorum diis , & manum ori imponant , videntes redemptionem tuam , o Domine ! Eſtoque modo propitius populo tuo , & hereditati tuae , nec obturentur ora laudationis eorum , qui perpetuo veſpere , & mane nomini tuo confitentur . Et converte luctum noſtrum in gaudium & exſultationem , & vivemus , & laudabimus te propter redemptionem bonam , qua redemeris nos .

Et omnis Iſrael & Iuda clamaverunt ſimul ad Dominum Deum ſuum ob afflictionem , qua afflicti ſunt eo tempore , quo eos afflixit Aman filius Chamadathaei Amalecita ,

 qui

(6) Vatic. plur. פומיא . Recte pontiſ. iod omittit .

(7) In Vat. hic ad marg. not. חצי הספר *dimidium libri*.

(8) ויהודא mendum editionis Vatic.

(9) קביל ſing. mendum edit. Vatic.

(10) Cod. Vatic. & Ambroſ. ערקת *confugit* . זעקת mendum editionis Vatic.

לאקמותה (1) בצלו ארום דחלת מן קדם בישתא די צמחת מן מחשבתא דהמן בישתא (2): ואשלחת ית לבושי מלכותא וית תיקון תושבחתא (3) ולבשת שקא ופרעת ית שער (4) רישה ומלאתון עפר וקטם ועניאת בצומא ואיטמרת בטומרא: ונפלת על אנפהא וצליאת ואמרת: בבעו יהוה אלהא דישראל מלכא על כל מלכיא וברי (5) כולא דקיניניה שמיא וארעא: ושליט ברום מרומי שמיא ועל (6) ארעית ארעא ובימיא ובתהומא (7) ובכל תניניהון: בבעו (8) סייע כדון לאמתא (9) דיתבא בלחודה דלית לה סעיד בר מינך ארום בלחודוי יתבית הלכא ובלחודוי אנא יתבא בבית מלכא הדין בלא אבא ואמא ולחוד כיתמתא

(1) Cod. Vatic. לאקדמותיה *ut praeveniret eum* .
(2) Vatic. בישא relat. ad Aman *pessimi Amani* .
(3) Omissa haec in Vers. Lat. Vatic.
(4) Hoc omittitur in edit. Vatic. , etsi in codice legatur .
(5) Vatic. ובארי .
(6) Vatic. repetit על ושליט *quique dominaris in ima* .

qui erat ex ſemine Agag. Seorſim quoque Eſther regina angebatur, convertitque ſe ad Dominum, ut excitaret eum oratione; timebat enim malum, quod pullulaverat ex prava cogitatione Aman. Dimiſitque veſtimenta regia, & ornatum elegantiae, induitque ſe ſacco, ſolvitque capillos capitis ſui, & implevit eos pulvere ac cinere, & afflixit ſe ieiunio, abſconditque ſe in abdito. Et cecidit in faciem ſuam, oravitque dicens: Quaeſo, Domine Deus Iſrael, rex ſuper omnes reges, & creator omnium, cuius poſſeſſio ſunt caeli & terra, qui dominaris in excelſa altiſſima caelorum, & in ima terrae, & in maria, & in abyſſum, & in omnes dracones eorum. Adiuva nunc, quaeſo, ancillam, quae ſedet ſolitaria, cui nullus eſt auxiliator praeter te. Quia ſola hic ſedeo, & ſola habito in hoc palatio regis ſine patre & matre, ſola ſicut pupilla infelix, quae victum per gratiam quaeritat de domo in domum

(7) Vatic. plur. ובתהומיא *& in abyſſos*.
(8) Editio Vatic. mendoſe hic addit מנך, quod a codice abeſt.
(9) Vatic. לאמתך *ancillam tuam*. Ita Ioſiſſon. Sed cod. Ambroſ. ſequitur hic pontificium.

כיתמתא ענייתא דשאלא מזונא בחיסדא מן ביתא לביתא
חכדין שאלית רחמך וחיסדך מן כוותא לכוותא בבית
מלכא אחשורוש הדין למן יומא דאיתרברית (1) הלכא
ועד יומא הדין: וכדון אלהנא הא נפשי כרעל גב
ידיי (2) לאיתקטלא סב יתה מידיי אין שפיר קדמך: ואין
לא תצבי' למיסביה שיזיב כדין ית עאן רעיתך מן פום
אריוותא (3) האילין די פתחו ית פומיהון למיכל יתהון:
ארום שמעית מאבהתיי ולחוד אישתעי (4) לי ארום אנת
דברת ית (5) אבהתנא מביני עממיא ואפיקתינון ממצרים
וקטלתא כל בוכרא (6) דמצראי בגינהון (7): וית עמך
דברתא מביניהון וית ידך תקיפתא ואדרעא (8) מרמם
אחויתא

(1) דאתברית mendum edition. Vatic.
(2) Edit. Vatic. ידי, & paullo infra מידי, mendoſe utrobique. In cod. adeſt repetitum iod in ſignum numer. plur.
(3) Vatic. ארווותא.
(4) Vatic. cum aleph in fin., ut alibi.
(5) In edit. Vat. deeſt. Mendoſe, quum in cod. exſtet.

domum, ſic peto miſericordiam tuam, tuamque benignitatem e feneſtra in feneſtram in domo hac regis Aſſueri a die, qua huc abducta ſum, uſque ad praeſentem diem. Nunc autem, Deus noſter, en anima mea eſt quaſi in manibus meis, ut occidar. Tolle eam e manibus meis, ſi placitum hoc eſt ante te. Sin autem non vis tollere, libera nunc oves paſcui tui ab ore iſtorum leonum, qui aperuerunt os ſuum, ut devorent illas. Etenim audivi a patribus meis, narratum quoque eſt mihi, quod tu eduxiſti patres noſtros e medio populorum, & egredi feciſti illos ex Aegypto, & occidiſti omnem primogenitum Aegyptiorum propter illos. Et populum tuum eduxiſti e medio eorum, & manum tuam fortem, & brachium excelſum oſtendiſti Aegyptiis propter populum tuum, & tranſire feciſti eos per aridam, ſicut

(6) Vatic. plur. בכוריא *primogenitos*. Ambroſianus ביכריא. Ita etiam Ioſiffon, niſi quod editiones hodiernae legunt *primogenitos eorum*, antiqua vero Conathi *primogenitos Aegyptiorum*.

(7) Ghimel pro nun mendum edit. Vatic.

(8) Vatic. & Ambroſ. ואדרעך *& brachium tuum*.

אחויתא למצראי מטול עמך ואעברתינון ביבשתא היך סוסא במדברא והיך בעירא בבקעתא ויהבת (1) לחמא מן שמיא לכפנהון ולצחותהון אפיקתא לחון מיא מן שמיר טינרא: ולחוד מוונא דבישרא וצפרי שמיא לשובע אגיזתא (2) להון מיא מן טינרא רבא לאשלמא רעותהון ונתחון ארבעין שנין במדברא ארעא (3) דלא יתבא ומחיתא קדמיהון מלכין רברבין וגיוותנין ואחסנתינון ית ארעא (4) ויהבתא להון ארעא משבחתא אחסנתא (5) טבתא בסוגי טבא (6) וכד חבו אבהתנא לשמך רבא מסרתינון ביד שוביהון והא אינון בגלותא יומא חדין: ולחוד אנא איסתעא לי למימר דמלילתא בידא דמשה עבדך ולחוד ברם דא במחויהון בארעא (7) בעלי דבביהון

(1) Vatic. ויהבתא .
(2) *Scidisti*, vel *retribuisti eis*. Vatic. legit אגרתא *adduxisti* ex signific. Chald., vel *collegisti* ex signific. Hebr.
(3) Vatic. בארעא *in terra*.

ſicut equum in deſerto, & quaſi iumentum in valle, & dediſti panem de caelo ad famem eorum, & ad eorum ſitim eduxiſti eis aquam ex duriſſimo lapide rupis; eſcam etiam carnis, & volucres caeli ad eos saturandos diviſiſti eis, aquam e rupe excelſa ad explendum deſiderium illorum, & cibaſti eos quadraginta annis in deſerto, terra inhabitata, & deleviſti in conſpectu eorum reges magnos, & ſuperbos, & hereditare feciſti eos terram, & dediſti eis terram laudabilem in hereditatem bonam in plenitudine bonitatis. Quum vero peccaverunt patres noſtri in nomen tuum excelſum, tradidiſti illos in manus eorum, qui eos abducebant. Et ecce in exſilio ſunt illi hoc tempore. Narratum pariter eſt mihi, & dictum, quod tu loquutus es per Moſem ſervum tuum; propterea, etiam quum erunt illi in terra inimicorum ſuorum, non alienabo me ab eis in regno Babylonis, nec derelinquam illos

(4) Vatic. & Ambroſ. ארעהון *terram eorum* melius.
(5) Vatic. & Ambr. אחסנתך *hereditatem tuam*.
(6) Vatic. & Ambroſ. טובך *bonitatis tuae*.
(7) Vatic. בארץ melius forma conſtr.

דבביהון לא ארהיקינון במלכותא דבבל ולא אשבקינון
במלכותא דמדי ופרם לשיציותהון במלכות (1) דיון
לאשנאה קיימי עמהון במלכותא דאדום ארום אנא (2)
יהוה אלההון ביומי דגוג ומגוג: וכדון לא סגי לנא
גלותנא דהינון מפלחין יתנא בקשיו אילהין הינון אמרין
ארום לא מסרתינון (3) אנת בידיהון אילהן ית פיסליהון (4)
יודון ולהון יסגדון וישבחון למימר ארום אתון מסרתון
ית עמא דיהודאי בידינן: בגין כד (5) עקת נפשא דאמתך (6)
לרחקא ית עמא הדין: ולמיסני יתהון היך ריחוק בועא
דלבוש איתתא דוותא הכדין סניתינון וברם אסני וארחיק
ית כל לבושי תושבהתי וית כל מאני תיקוני שבהורי
וית כלילא דמלכותא דברישי ולא חדיתי מן יומא
דאיתוני חלכא עד הכא אילהן במימרך בלחודך מלכי
ואלהי:

(1) Vatic. במלכותא melius.
(2) Vatic. addit hic הוה.
(3) Vatic. מסרתנא *tradidisti nos*.

illos in regno Mediae & Persiae, ut perdantur penitus in regno Graecorum, ut abrogem foedus meum cum eis in regno Edom; quia ego sum Dominus Deus eorum in diebus Gogi, & Magogi. Nunc autem non satis est nobis exsilium nostrum, quod ipsi servire faciunt nos durissime. At vero dicunt illi, quod non tu tradidisti eos in manus eorum, sed sculptilia sua celebrant, eaque adorant & laudant, dicentes: Quoniam vos tradidistis populum Iudaeorum in manus nostras. Propterea arctatur anima ancillae tuae ad abominandum populum hunc, & odio eum habendum adinstar abominabilis frusti vestis mulieris menstruatae, sic ego odio persequutus sum illos. Odio etiam habeo & abominor omnia vestimenta gloriae meae, & omnia instrumenta ornatus decoris mei, & coronam regiam, quae est in capite meo, nec laetata sum a die, qua huc transtulerunt me usque nunc, nisi in verbo tuo solo, Rex meus, & Deus meus.

Tu

(4) Vat. defect. & sing. ביסלחון male.
(5) Ad marg. כן melius.
(6) Vatic. cum he inserto, ut etiam sub fin.

ואלהי : ואנת (1) אלהא אבוהו' דיתמי קום כדון לימינא
דאמתך יתימתא יומא דין די סברית במימרך בטובך
וברחמך : והב (2) לי רחמין קדם אחשורוש מלכא ארום
דחילא אמתך יתיה היכמה דדחיל גדיא מן קדם אריא (3) :
בבעו אלהא אמאיך יתית נעם כל יעטותי למיהוי כניע'
ומיתכביש קדם אמתך בחינא וחסדא (4) ובשיבהורא
ובשופרא די תתין לאמתך אלהי : והב בליבביה למיסני
ית בעלי דבביהון (5) ולמרחם ית עבדך ארום לבהון
דמלכיא בידך אלהנא משבחא ודחילא ותקיפא ושיזבני
כדון מדחילתיה דדחילית ואיסתפיתי ועלית קדמותי
בשום מימרך והב (6) דחלתך עלוהי ומיתברך דתעיל
בלבביה

(1) Vatic. mendose ואנא.
(2) Edit. Vatic. mendose יהב.
(3) Vatic. אריוא.
(4) Vatic. cum beth praef. repet. ובחסדא.
(5) Ad marg. דעמך *populi tui*. Iosiffon *inimicos tuos*. Sed Munsterus, ut in notis animadvertit Breithauptus, legit אויבינו *inimicos nostros*. Reapse in antiquissima, quae

Tu ergo, o Deus pater orphanorum, exsurge iam ad dexteram ancillae tuae orphanae hac die, quae in verbo tuo confidit, in benignitate tua, & in misericordia tua, & da mihi gratiam coram Rege Assuero, quia timet eum ancilla tua, sicut timet ovis coram leone. Quaeso, Deus, mansuetum fac illum cum omnibus consiliariis suis, ut sit humilis, & mitis coram ancilla tua ob gratiam, & benignitatem, & ob splendorem, & venustatem, quam dabis ancillae tuae, Deus meus. Et da in corde eius, ut odio habeat inimicos eorum, & ut misereatur servorum tuorum, quoniam cor regum in manu tua est, Deus noster gloriose, & terribilis, & fortis, & libera me nunc a timore illius, quem expavesco, & metuo, & ingrediar ad eum in nomine verbi tui. Et pone timorem tuum super eum, & benedic, ut immittas in cor illius timorem tui,

quae apud me exstat, Iosiffonis editione Abrahami Conathi, quam Munsterus habuisse videtur prae manibus, ad CPolim a bibliographis hucusque relata, sed quae Mantuae elaborata est, postrema haec lectio habetur. Ita etiam hic vertit doctiss. Assemannius, etsi in Vatic. codice communis lectio pontificii codicis servetur.

(6) Edit Vatic. mendose יהב.

בלבביה למידחל מן קדמך מן בגלל דאיפוק מן קדמותי בשלם :

מניין

פסוקיא דספרא נ֯א : סליק תפלתו של מרדכי ותפלת של אסתר והלומותיו :

חזק :

tui, ut hinc egrediar a conſpectu eius pacifice.

SUMMA
Verſiculorum libri LI. Explicit oratio Mardochaei, & oratio Eſtheris, & ſomnia illius.

FINIS.

VI

APPENDIX

DE CELEBERRIMO CODICE SAMARITANO TRITAPLO BIBLIOTHECAE BARBERINAE

§. I.

Quis primum Barberini codicis ſpecimen ediderit? CC. VV. Biornſtahlius, ac Hvviidius emendantur

VIX duobus ab hinc menſibus editum eſt Andreae Chriſtiani Hwiidii, iuvenis praeſtantis ingenii, ac multiplicis doctrinae, ſpecimen verſionis Arabico-Samaritanae tritapli codicis Barberini (1), quod amici mei nonnulli (2), quorum ſapientiae, iudicio, voluntati multum tribuimus, qui in epiſtola eruditiſſimi Georgii eidem ſpecimini adnexa

 lege-

(1) Prodiit Romae una cum epiſtola cl. Georgii de variis Arabic. verſ. generibus in 8. 1780.

(2) Inter hos nominandi mihi ſunt in primis clariſſimi, doctiſſimique viri Fabricy, ac Reggi.

legerant aliqua me, quum Romae essem, scitu haud indigna de celeberrimo eo codice observasse, enixe postularunt, ut eadem huic meo opusculo appendicis loco subiicerem. Amicorum votis, quibus primum restiteram, elapsis tandem diebus victus, observatiunculas illas meas, quaecumque eae sint, hic exhibeo, quibus quae hucusque de illo cimelio, unico sane ac pretiosissimo, scripta sunt, partim suppleri videntur, partim emendari. Nonnulla de hoc codice Peirescius, Morinus, Waltonus, Gassendus, Le-Longius, Wolfius, ut apud sacros criticos, ac bibliophilos pervulgatum est, delibaverant, ac Morinus quidem, etsi sero nimis, ac nonnisi post peractam, ut ipse testatur (1), Samaritani Pentateuchi editionem codicem hunc a Peirescio accepisset, textum nihilominus Hebraeo-Samaritanum codicis accurate contulit, eiusque varias lectiones edidit in opusculis suis Hebraeo-Samariticis(2); sub nomine codicis trilinguis. Has

(1) In praef. ad *annotationes in translationem Samariticam*.

(2) *Opusc. Hebr. Samar.* 12. Paris. 1657. part. II, qua continentur var. lect., & lex. Sam., pag. 28. seqq. usque ad 87.

Has ipſas varias lectiones, nova, ut arbitror, inſtituta codicis collatione, quatuor abhinc annis in ſuis bibliis recudit Beniaminus Kennicottius, aſſignato Barberino codici numero 504. Nemo tamen illorum auctorum ſpecimen aliquod integri codicis, aut portionem aliquam, qua eius ratio & oeconomia innoteſceret, vulgavit, lauſque haec, diu poſt Peireſcii fata delato in Italiam codice, reſervata eſt doctiſſimo Italo, Ioſepho Blanchinio, qui omnium primus Barberini codicis typum in ſuo Evangeliario edidit (1), integram codicis paginam tritaplam exhibens, qua luculenta Samaritani textus, Samaritanae verſionis, verſionis item Arabico-Samaritanae ſpecimina ſiſtuntur a verſiculo 30 capitis V Numerorum uſque ad dimidium verſ. 9 capitis VI. Ob ſummam autem codicis celebritatem, doctorumque hominum ſtudium, merito mirabatur Blanchinius neminem ante ſe hoc praeſtitiſſe. *Quamvis*, inquit is, *ſtudioſe fecerint aliquot eruditi homines, ut indicarent nobis hunc Pentateuchum Barberinum, & alterum maioris etiam antiquitatis, qui exſtat in bibliotheca Vaticana, nullus tamen alteru-*

 trius

(1) *Evang. quadr.* part. II. poſt pag. 604.

trius formas characterum ad hanc diem exhibuit, ut mirum sit eas tamdiu latuisse, cum tam apertis, ac tam celebribus in bibliothecis codices illi exstarent (1). Corrigendus ergo est Iacobus Ionas Biornstahlius, eruditus Svecus, qui in epistola in nostri codicis illustrationem scripta ad doctissimum Fabricy (2) magna fide conscripsit versionem Arabicam nostri codicis nonnisi ex quibusdam, quae ex Usseriano ms. Castellius produxerat, vocabulis antea doctis innotuisse, non modo Blanchinianum specimen ignorans, sed & ea, quae ex suo fragmento in thesauro philologico, & in smegmate orientali ante Castellum produxerat Iohannes Henricus Hottingerus (3). Corrigendus autem potissimum laudatus Hwiidius, qui Biornstahlium fidenter secutus in nuperrimo suo specimine sic scribit: *Versio Arabica, quae columnam mediam occupat in nostro codice, & scripta est litteris Samaritanis, penitus fere hucusque ignota fuit eruditis; numquam enim neque integra,*

(1) Cit. l. pag. 629.
(2) *Lettre de M. Iacques Ionas Biornstahl.* Vid. Fabricy *des titres primitifs* tom. I. pag. 373. seqq.
(3) *Thesaur. philol.* pag. 277.

gra, neque pars eius ex hoc manuſcripto prodiit in lucem. Et infra: *Ut ipſi iudicare quodammodo valeant eruditi de huius verſionis indole, deſcripſimus partem eius integram, quam tibi, lector erudite, hic oculis ſubiicimus. Cum nemo ante nos fecerit, id gratum fore iis ſperamus, qui operam dant criticae ſacrae* (1).

§. II.

De Barberini codicis poſſeſſore doctorum virorum alucinationes

ACcurata ſunt, quae de hoc codice Peireſcius, & Morinus conſcripſerant. Sed poſt Peireſcii obitum Le-Longius, ac Wolfius alterum ex Peireſcianis codicibus cum tritaplo confuderunt. Tres diverſos Samaritanos Pentateuchos poſſidebat Peireſcius, quos Morino commodaverat, quoſque in epiſtola ad eumdem Morinum (2) diligentiſſime enumerat. Ex tribus hiſce codicibus binos, ſeu primum & ſecundum, quem Peireſcius nominat, Regi Chriſtianiſsimo dono dedit Pei-

(1) *Specim. ined. verſ.* pag. 16. & 18.
(2) *Antiquitates eccl. orient.* ep. XXXVI. pag. 295. edit. Lipſ., 179 mend. ed. Londin.

Peirescius ipse, & reapse in bibliotheca regia reperiuntur sub numero 310, 311; adhuc cum Peirescii nomine, eiusque gentilitiis insigniis, ut testatur recens auctor Abbas Du Contant (1), qui utrumque hunc, olim Peirescianum, nunc regium Samaritanum Pentateuchum longo tempore prae manibus habuit, & accuratissime cum Oratoriano contulit. Tertium, seu tritaplum Barberino Cardinali testamento legavit. Porro cum in recentiori ex prioribus duobus codicibus, qui & ipse in folio est, in fronte suppletum sit, teste Peirescio ipso, folium antiquioris Pentateuchi polyglotti, seu bilinguis, qui Hebraicum textum, & Arabicam versionem referebat, hinc forte enata est Le-Longii, aliorumque alucinatio, codicem hunc cum tritaplo confundentium. Quidquid sit, tritaplum codicem a Morino descriptum bibliothecae regiae mendose adscribit Le-Longius, & quod Gassendus de tritaplo scripserat, de simplici anni DCCCCLXVII male accipiens, hunc ipsum per errorem a Peirescio Card. Barberino testamento legatum

(1) *Essai sur l' écriture sainte* pag. 178. in notis.

tum fuisse testatur (1). Le-Longii errorem secutus est Wolfius (2), secutus est Kennicottius, qui affirmat, Barberinum codicem non solum admodum mancum esse, sed neque, si Le-Longio fides habenda, antiquum (3), quod reapse de postremo codice Samaritano simplici anni DCCCCLXVII dixerat Le-Longius, non de tritaplo, quem paullo superius definito anno MCCXXVII exaratum esse tradiderat.

§. III.

De errore catalogi mss. codicum Parisiensium

HAnc eamdem alucinationem attribuit Biornsthalius auctoribus catalogi mss. codicum regiae Parisiensis bibliothecae, qui codicem ipsum ob oculos habebant. *C' est une grande méprise*, inquit is, *& plût à Dieu, que pour le bien des lettres & de la bibliographie, il n' y en eut point d' autres! c' est, dis-je, une faute dans le cataloque des mss. de la*

(1) *Bibliotheca sacra* tom. I. pag. 85.
(2) *Biblioth. Hebr*. tom. II. pag. 432.
(3) *Dissert. II. super ratione textus Hebr*. pag. 526. seq. vers. Lat.

de la bibliothéque du Roi de France, *tom.* 1. *pag.* 50., *que d'y avancer*, *que la même bibliothéque possede en trois langues le ms. Samaritain de Peiresc* ..... *Il ne falloit que sçavoir lire*, *quand on tenoit le ms. entre ses mains*, *& ne pas copier les fautes des autres*. *Quelle foi peut-on désormais ajoûter à l'histoire littéraire*, *lorsqu'une simple liste de livres*, *faite sur le lieu*, *est si fautive*. *Enfin c'est à Rome*, *& non pas à Paris*, *que l'on doit chercher ce fameux ms*(1). Haec de regiae bibliothecae praefectis doctus Svecus, qui nescio, num merito eos accuset, quod inconsulto ac temere Le-Longii errorem sequantur. Scripserat enim Le-Longius bibl. sacr. pag. 7: *Pentateuchus Hebraeo-Samaritano-Arabicus*, *charactere Samaritano exstat in biblioth. regia cod.* 310. Et pag. 84. ex Morino: *Secundus codex est trilinguis*, *ac charactere Samaritano exaratus*. *In medio est Arabica versio*, *a lateribus Hebr. textus*, *& Samariticus* ... *Biblioth. regia cod.* 310. *Emptus fuit hic codex Damasci anno Christi* MDCXXXI. Contra vero catalogi auctores sic loquuntur: *Codex membranaceus iussu Nicolai*

(1) Cit. loc. pag. 374.

colai Peirescii emptus Damasci anno Christi MDCXXVIII. *Ibi continetur Pentateuchus Samaritanus*. Non dicunt ii codicem tritaplum, non trilinguem, seu Hebraeo-Samaritano-Arabicum, ut dixerat Le-Longius, sed simpliciter Samaritanum, non emptum Damasci anno MDCXXXI, ut emptus est tritaplus, & ut mendose Le-Longius pronunciat, sed an. MDCXXVIII, ut emptus est codex simplex Samaritanus primus Peirescii. Ergo non de tritaplo, sed de simplici Peiresciano primo, ut mihi quidem videtur, loquuntur eruditi illi auctores, dum commemoratum codicem, eiusque titulum, ac contenta describunt. Hinc Houbigantius paullo post editum regium mss. codicum catalogum, non ab huius auctoribus, sed a Le-Longio codicem illum regiae bibliothecae adscribi testatus est, ut infra videbimus, nec catalogi, sed Le-Longii auctoritate se motum, ut tritaplum codicem a custodibus ipsis regiae bibliothecae exquireret. At vero si in codicis descriptione, titulo, & anno non errant illi auctores, ut a Le-Longio factum fuerat, in eo errant, quod in nota immediate sequenti, quae Morinus de tritaplo scripserat, in-

con-

considerate simplici attribuant. Ita factum est, ut qui in codicis titulo & anno designando Le-Longium emendaverant, in exscribendis Morini verbis errantem sint secuti. Porro a falsa Le-Longii descriptione recedentes, recte mihi videntur clarissimi viri, quod manibus terebant, legere scivisse, mirandumque est Biornsthalium haec obiicere, qui paullo ante summam seipsum testatur in legendo Samaritano codice difficultatem fuisse prima fronte expertum. *Il est tout écrit en lettres Samaritaines. Aussi au premier aspect se trouve-t-on beaucoup dépaysé, & la lecture en devient embarassante.*

§. IV.

In Gallia diu pervulgatum regiam bibliothecam non possidere Peirescii tritaplon

MAgis autem miror tanto hiatu haec Biornsthalium reprehendere, tantaque emphasi subiicere, Romae tandem, non Parisiis exquirendum esse tritaplum codicem, ut primus esse videatur quasi e caelo delapsus, qui nos id doceat, primus, qui detexerit, Galli vero, & Itali nec sciant, nec

nec intelligant, quod possideant. At vero in Gallia longe ante Biornstahlium, iamque ab anno MDCCXLVI notum, pervulgatumque erat falsum esse Le-Longium, codicem tritaplum non exstare in bibliotheca regia, atque eum, quem tritaplum crediderat Le-Longius, esse Samaritanum simplicem, hocque prae ceteris sciebant, fassique fuerant custodes ipsi bibliothecae, quos Biornstahlius accusat. En quae eo anno in suis prolegomenis conscripsit Houbigantius: *Alium codicem Samaritanum memorat Morinus trilinguem, & Samaritano charactere exaratum, in cuius medio est versio Arabica, a lateribus textus Hebraeus, & Samariticus, multis foliis lacerum, sed in iis, quae supersunt, magna cum diligentia, & elegantia exaratum; quem codicem Iacobus Le-Long adscribit regiae bibliothecae num.* 310 *notatum. Sed eum ego cum poposcissem bibliothecae regiae custodes, illi mihi responderunt, me ab ipsis petere id quod non haberent, neque alium codicem Hebraeo-Samaritanum in regia bibliotheca esse, praeter eos duos Peirescianos, quos mihi commodarant* (1). Haec

(1) *Proleg. in sacr. script.* pag. 185. edition. Paris. in 4.

Haec proculdubio non animadvertit cl. Hwiidius, qui Biornstahlii verba eiusque notitiam, ut novissimam summa fide probavit. Observo etiam Montfauconium utrumque codicem regium Samaritanum simpliciter nominare, nulla facta tritapli, vel trilinguis codicis mentione.

§. V.

In Italia diu notissimus, ac celebris Barberinus codex

IN Italia autem longe item ante Biornstahlium notissimus erat codex Barberinus, iamque ab anno MDCCXL. Blanchinius insigne, ut vidimus, huiusce cimelii specimen ediderat. In Italia Le-Longii errorem iampridem detexerat, & animadverterat doctissimus Apameae Archiepiscopus Stephanus Evodius Assemanius, monueratque Vaticanos codices illustrans, egregie falli Le-Longium, nec recentem, & simplicem, sed trilinguem esse Samaritanum Pentateuchum Peirescianum, qui in bibliotheca Barberina servabatur (1). At vero si merito in hoc Le-

(1) *Catal. mss. cod. Vatic.* tom. I. pag. 457. seq.

Le-Longium emendat Assemanius, errantem deinceps in eo sequitur, quod codicem alium trilinguem in bibliotheca Parisiensi exstare putat, & rectissime praeterea eum de Sam. Pentateucho differentem immerito ibidem redarguit, quod Samaritanum Pentateuchum cum Samaritana versione confuderit. Referens enim codicem I. Vaticanum, qui sistit Pentateuchum Hebraeo-Samariticum: *Iacobus Le-Longius*, inquit is, *hunc codicem cum Pentateucho Samaritano Samaritanis litteris, & sermone exarato perperam confundit. Sic enim in sua bibliotheca sacra scribit: Pentateuchum Hebraeo-Samaritanum, seu Hebraeum litteris Samaritanis exaratum hic referre placuit; discrepat enim ab Hebraeo-Iudaico, non solum characteribus, verum etiam multis identidem accessionibus, iuxta quas facta est Samaritana interpretatio. An ille ante versionem LXX interpretum adornatam exstiterit, an fuerit ex Hebraeis, Graecisque codicibus conflatus, certi nihil ferme statui potest. Dicam tamen codicem hunc quibusdam in locis ad versionem Graecam LXX interpretum propius accedere quam ad ipsum textum Hebraeum* (1).

 Haec

(1) Le-Long. *biblioth. sacr.* tom. I. pag. 83.

Haec Le-Longius, *quae tamen non ad Pentateuchum Hebraeo-Samaritanum*, *ſeu Hebraeum Samaritanis litteris exaratum*, *ſed ad alterum Samaritana lingua*, *& charactere ſcriptum referenda eſſe perſpicuum eſt* (1). Immo vero pace tanti Praeſulis, harum alioquin rerum callentiſſimi, contrarium perſpicuum eſt, atque in eumdem ipſe errorem manifeſto impingit, quem in Le-Longio, & paullo poſt in Harduino reprehendit. Reapſe enim de Pentateucho ipſo Samaritano dicunt hi auctores, quod neque cum Hebraeo, neque cum Graeco conveniat, confunditque doctiſſimus vir Samaritanum Pentateuchum cum Samaritana verſione, tum in allato textu, tum deinceps ſaepe, ac praeſertim pag. 461, ubi quae Samaritani de eorum codice legis in voluminis modum Sichemi a temporibus gratiae ſervato ad Ludolphum conſcripſerant, quaeque de eo Huntingtonus tradiderat, ipſe de Samaritana eorum verſione perperam interpretatur.

§. VI.

(1) *Cat. mſs. cod. Vatic.* cit. pag. 456.

§. VI.

Aetas codicis. Varii de ea bibliographorum errores

AD codicis aetatem quod attinet, illud primum monemus insigniter alucinatum eum, qui in prima codicis pagina haec conscripsit a cl. Simone Ballerinio Barberinae quondam bibliothecae custode Blanchinio communicata. *Codex hic & antiquissimus, & singularis, inter VII. saeculi codices sine haesitatione recensendus, bibliothecae Barberinae fuit traditus a Fabricio Peiresc, ut patet ex inscriptione litteris grandioribus extrinsecus super alteram tegminis partem exarata* (1). Confundit enim, qui haec conscripsit, aeram hegirae cum christiana, quumque sub finem Numerorum legeret, vel saltem legi sciret conscriptum esse codicem . ࠔࠍࠕ . ࠀࠓࠁࠏ . ࠅࠏࠔࠓࠉࠌ . ࠅࠔࠔ . ࠌࠀࠅࠕ, *anno sexcentesimo vigesimo*

 quar-

(1) Apud Blanch. *Evang. quad.* parte II. pag. 630.

quarto, non animadvertens quod sequitur . ࠉࠔࠌࠏࠋ . ࠋࠌࠋࠊࠅࠕ, *regni Ismaelis*, annos hos turcicos de christianis accepit, & inter VII saeculi codices sine haesitatione codicem hunc retulit, qui est DCXXII annis recentior, totidem scilicet annis, quot aera christiana ismaeliticam superat. Obiter animadverto aleph pro ain in vocabulo ࠀࠓࠁࠀࠕ purum esse, ut puto, typographicum Hwiidiani speciminis mendum, ut est alterum ࠋࠌࠋࠒࠅࠕ cum koph loco caph. In textu enim tum a me, tum a Biornstahlio descripto exstat illic ain. Samaritanos litteras, ain, he, & cheth non habere observaverat in suo Itinerario R. Biniaminus Tudelensis; sed falsa est haec observatio, ac facto ipsi contraria, ut animadvertunt Morinus, Scaliger, Drusius, ac Cellarius. *Turpis ac Iudaeo digna criminatio*, inquit Cellarius, *quam vel ipse conspectus Samaritanorum codicum confutat* (1). Illas

(1) *Collectan. Samar.* Vid. Ugolin. *thesaur. antiq. sacr.* tom. XXII. col. 644.

Illas quidem litteras ſaepe permutant Samaritae, ſed non reiiciunt, quidquid contra obiiciat Serarius. Sed anni hi hegirae, ut a Samaritanis ſupputantur, ſunt ne ſolares, an lunares? Morinus lunares credidit. Hinc in praefatione ad Sam.Pentateuchum, codicis annos ad noſtros reducens, annos octodecim, quot a ſolaribus lunares anni ſuperabantur, ademit, ſcripſitque codicem noſtrum exaratum eſſe anno MCCXXVII. Sic de annis lunaribus Le-Longius, Wolfius, Aſſemanius, auctores catalogi Pariſienſis, aliique Morinum ſecuti interpretati ſunt, quibus Biornſtahlius acceſſit. Sed ſibi ipſi, quod auctores hi non animadverterunt, in hoc conſtans non fuit Morinus. Etenim ſcribens ipſe ad Petrum de Valle de epigraphe alterius Pentateuchi Samaritani anno DCCCCXX. iſmaelitico conſcripti, annum hunc reſpondere aſſerit chriſtiano MDXLII (1). Qua de re cum a Petro de Valle reprehenderetur Morinus, quod ſolares feciſſet annos Samariticos, novis datis litteris ipſe regeſſit, nonnulliſque productis rationibus confirmare etiam

 cona-

(1) *Antiquit. eccl. orient.* epiſt. XXI. pag. 196. edit. Lond., 216. Lipſienſis.

conatus eſt, Samaritanos, ut Hebraeos, etſi ab hegira numerent, annis tamen uti ſolaribus (1). Itaque alii maluerunt Barberini codicis epigraphem de annis ſolaribus interpretari. Ex his eſt nuperrimus Hwiidius, qui tamen mendoſe anno DCXXIV codicis reſpondere aſſerit annum MCCXLIII (2). Etenim ſi annis ſolaribus DCXXIV addantur anni hegirae, annus ille incidit in annum MCCXLV completum, vel in annum decurrentem MCCXLVI. Difficile tamen eſt quaeſtionem hanc dirimere, quum utrumque annorum, ac menſium genus in uſu ſit apud Samaritanos, ut conſtat ex eorum ſcriptis, & epiſtolis, ac manifeſte teſtetur Scaliger ſe ab Aegyptiis Samaritis accepiſſe typum anni Samaritani cum utraque annorum ſolarium, ac lunarium ſupputatione (3).


§. VII.

(1) *Antiquit. eccl. orient.* epiſt. xxv. pag. mendoſe not. 136. edit. Lond., 245. edit. Lipſ.
(2) *Specim.* pag. 12. & 20.
(3) *De emend. tempor.* pag. 664.

§. VII.

Aera codicis recentior. Insignis de ea Hwiidii alucinatio

DIversa ac recens codicis aera sub Deuteronomii finem reperitur, ubi dicitur absolutus codex die XXIV mensis tamuz



In altero hoc eruendo codicis anno vehementer alucinatur Hwiidius, qui hac epigraphe indicari putat annum hegirae DCCXCIX, Christi MCCCLXXXXVI, huncque annum sine ulla haesitatione ea comprehendi definit (1). Nam ex prioribus quatuor litteris, quas ipse in supputationem assumpsit, nonnisi binae assumi debebant, duplex autem vau, seu coniunctio omitti, quae ad supputationem non pertinet. Sic coalescet summa annorum LXXXVII, non LXXXXIX, ut ipse conscribit. Duae vero postremae litterae, quibus centenaria designantur, non septingentos, sed octingentos annos manifestissime denotant. In eo etiam sibi non constat clariss. vir, quod


 prio-

(1) *Specim.* pag. 15.

priorem aeram codicis de ſolaribus annis, ut vidimus interpretetur, hanc de lunaribus. Ut enim annus hegirae DCCLXXXXIX reſpondeat anno MCCCLXXXXVI, demendi ſunt anni XXIV, quot videlicet anni ſolares lunares ſuperant. At vero annum non ſolum ex Biornſtahlio, qui recte eum coniecerat, ſed & ex manifeſta ſupputandi ratione, quam in priori epigraphe tenuerat Samaritanus codicis ſcriba, eruere certo poterat Hwiidius. Eadem enim utrobique eſt, niſi quod in prima totidem integris verbis ea facta ſit, contra in hac totidem litterarum compendiis. Haec autem compendia, potiſſimum in epigraphis, frequentiſſima ſunt apud Samaritanos, iiſque plena eſt tum recentior haec noſtra epigraphe, de qua diſputamus, tum altera codicis II Samaritani, qui in Vaticana adſervatur (1). Quid quod in hac noſtra conſuetum ipſum numerorum compendium antecedit . [illegible] loco . [illegible] *& viginti*? Si ergo reſolvantur haec litterarum compendia, & integri, ſeu integris vocibus, non monadicis ſignis numeri deſcri-

(1) *Catal. mſs. cod. Vat.* tom. I. pag. 465.

ſcribantur, omnis evaneſcet difficultas, haecque erit epigraphe :



Et fuit finis .... die XXIV *menſis tamuz anno octingenteſimo octuageſimo ſeptimo*, qui ſi de annis ſolaribus accipitur, incidit in annum chriſtianum MDVIII, vel MDIX incompletum, ſi de lunaribus, qui annis XXVI a ſolaribus deficiunt, in annum MCCCCLXXXII. Iam haec ſcripſeram, cum commodiſſime ad me doctiſſimi amici mei Ioh. Chriſtophori Amadutii humanitate pervenit ectypon recentis huius epigraphis a ſe accuratiſſime deſcriptum, ex quo mirifice hucuſque obſervata confirmantur. Etenim poſt numericas illas litteras praeter conſuetum punctum inferius in codice conſpicitur quoddam veru, quo Samaritani litterarum compendia deſignant, & quo in hac ipſa epigraphe ſcriba ceteras omnes abbre-

breviationes conſtantiſſime indicat. Itaque nulla ratione dubitari poteſt, quin hic ſolitariae illae litterae pro integris numeris, vel integrorum numerorum compendiis ponantur. In theſauro epiſtolico La-Croziano (1) Philippus Ouſeelius quaerit de aera ſequenti ms. codicis Samaritici Lugduno-Batavi: במדינת צפד ... בשנת ־ א ־ נ ־ ו ־ ק : Eadem eſt ac in noſtro codice ſupputationis, & aerae deſcribendae ratio, nihilque aliud idcirco, ut ego quidem opinor, ea innuitur, niſi exaratum eſſe codicem *in urbe Saphet... anno ſeptingenteſimo quinquageſimo primo hegirae*.

§. VIII.

Recentior codicis epigraphe integra nunc primum producitur, eiuſque aera cum antiqua conciliatur


SUmmam recentioris huius aerae cum antiqua illa Numerorum, & Levitici conciliandi difficultatem ſenſit Biornſtahlius. *Qui eſt-ce qui pourra*, ſubdit is, *accorder la même année avec l'autre déſignée deux fois dans ce ms.?... Mais, après y avoir bien réſlechi, j'ai*


(1) *Theſ. La-Croz.* tom. I. pag. 314.


j' ai trouvé dans le ms. même un moyen de résoudre cette difficulté. J' ai de bons arguments, qui me font croire que les derniers feuillets du Deutéronome font rapiécés d'après un autre ms. postérieur de II. siécles & demi à notre Pentateuque Samaritain. Il seroit trop long d' en produire les preuves; je les réserve pour une autre occasion (1). Hanc eamdem difficultatem sensit & HWiidius, quam *expediendam*, inquit; *relinquimus doctioribus, nisi nobiscum credere velint librum Pentateuchi exaratum esse tempore remotiori* (2). At vero difficultatem omnem apertissime tollit epigraphe ipsa, quam uterque ille auctor ob oculos habere poterat. Si enim prioris epigraphis verba legisset Biornstahlius, haud tot ipse rationes, ac coniecturas exquisiisset, quibus non frustra credere videretur recentiori manu suppleta postrema codicis folia. Integram hic nos hanc epigraphem exhibemus, prout eam ad nos paucis abhinc diebus laudatus Amadutius transmisit.


(1) *Lettre* cit. loc. pag. 376.
(2) *Specim*. pag. 15.


[illegible] 1
[illegible]
[illegible]
[illegible] 2
[illegible]
[illegible]
[illegible] 3
[illegible] 4
[illegible]
[illegible] 5
[illegible]
[illegible] 6
[illegible]
[illegible]
[illegible] 7





8


9


10


11


(1) Supra hoc verbum, hoc aliud ſuppletum eſt  abbreviate pro , ut ego interpretor.

12

13

14

15

16 ࠄࠌࠆࠂࠔࠋ . ࠀࠓࠁࠏ .
ࠅࠌ . ࠔࠋ . ࠀࠌࠅࠆ .
ࠇࠋࠀ . ࠆ . ࠅࠌ . ࠅࠑ .
ࠒ . ࠇࠋࠄ : (1)

17 ࠀࠄࠉ . ࠁࠓࠉࠌࠄ . ࠏࠊࠉࠅ .
ࠅࠏࠊ . ࠔࠄ . ࠊࠅ . ࠔࠋ .
ࠁࠋࠄ :

18 ࠅࠉࠔࠊࠉ . ࠁࠓࠄ . ࠉࠒࠉ
ࠓࠉ . ࠊࠅࠁࠄ . ࠁࠋࠄ :
ࠅࠁࠋ . ࠁࠋࠄ :

19 ࠁࠇࠊࠇࠄ . ࠅࠄࠔࠊࠔ . ࠅࠁࠋ .
ࠏࠌࠁࠔ . ࠔࠅࠉࠌࠋࠄ :

(1) In hoc versu 16 referendo ter mendose legitur ſamech pro zain in Hwiidiano ſpecimine pag. 15.

20 [illegible]

[illegible]

[illegible]

§. IX.

Latina epigraphis versio. Criticae ex ea observationes.

1 *Scripta est haec lex sancta triplici lingua;*

2 *scripsitque in ea a verbis* Quando introducet te *usque ad finem*

3 *pulvis, pauperrimus,*

4 *repletus peccato, & praevaricatione, & iniquitate,*

5 *indigens, ut haec Deus Dominus misericors benigne dimittat,*

6 *Iacob filius Ioseph filii Mescullama, filii Iosephi sacerdotis,*

7 *Levita in Damasco in gratiam domini, vel senioris, rabbini synagogae, ac principis,*

8 *honoratissimi, biblici, pii, aestimatissimi, religiosi, celebris, cornu doctrinae,*

9 *fa-*

9 *Facientis bona in hoc tempore*

10 *Eved-Adonai, seu servi Domini, filii domini Rabbini magni, & ducis*

11 *Gloriosi, biblici, pii, aestimati, religiosi, patris amplitudinis,*

12 *Qui est ex filiis fractionis, tunc Damasci commorantis.*

13 *Fuitque finis auxilio Domini, Dei aemulatoris,*

14 *Die, quo benedicti sunt dracones, vel balaenae,*

15 *Qui est decimus quartus dies mensis giumadi secundi,*

16 *Respondetque diei XXIV mensis tamuz anni octingentesimi octuagesimi septimi* (1).

17 *Sit benedictio super illo, & super eo quod est ei ex filio eius,*

18 *Repleatque filium eius pretiosum celsitudine, filium eius, & filium filii eius*

19 *Tripliciter, & regem, & filium Ambam fidelem eius.*

20 *Confiteor Deo, qui sic adiuvit (me), in laetitia, & quiete, vel securitate.*

Multa ex hac epigraphe eruuntur, ac primo

N

(1) Quatuor hi versus, 13, 14, 15, 16, a Biornstahlio etiam, ac Hwiidio producuntur.

mo quidem codicem certissime suppletum fuisse manu recentiori. 2. Ad recentiorem hanc foliorum restaurationem referendam esse novam Deuteronomii aeram. 3. Codicem suppletum fuisse a vers. 29. cap. XI. Deuteronomii usque ad finem, ac proinde suppleta fuisse integra viginti tria capita, & quatuor postremos versiculos capitis XI. 4. Hoc factum esse a quodam Iacobo ben Ioseph Levita, Samaritano urbis Damasci. 5. Hoc contigisse ducentis & sexaginta tribus post annis a prima codicis descriptione. 6. Finitam esse novam hanc foliorum restaurationem, non die lunae, ut male notant Biornstahlius, ac Hwiidius, sed die iovis, seu feria quinta hebdomadae, qua Deus benedixit draconibus, vel balaenis. 7. Falso hariolari Biornstahlium suppleta haec fuisse ex alio Pentateucho duobus & amplius saeculis posteriore. Scriptio utique est duobus & amplius saeculis recentior, non eius typus & exemplar, & male ex recentiori illius aetate recentior huius aetas colligitur, quum contra potius valeat illatio. 8. Neque solam aeram esse recentiorem, neque integrum Pentateuchi librum, qualis exstat,

exa-

exaratum esse remotiori aetate, ut credere videtur Hwiidius. 9. Tandem aeram hanc & constantissimum rythmum in singulis viginti versibus servare, & clarissimam esse, atque idcirco rursus errare, ac falli Biornstahlium, qui scribit, *que les rimes en question n' ont ni rime, ni raison* (1).

§. X.


Inedita alia, nec hucusque memorata rythmica codicis epigraphe cum Latina interpretatione exhibetur


ANte priorem aeram, quae legitur sub finem Numerorum, & Exodi, utrobique habetur fusa alia, etiam rythmica, quadraginta duorum versuum epigraphe, qua in gratiam Abi-Sihadae dicitur descriptus codex, & multa in eius laudem, & in laudem legis, ac codicis, eiusque conservationem dicuntur. Epigraphem hanc, ut & aliam, quam subiiciemus, etsi utraque ad codicis historiam pertineat, penitus tamen, quod vehementer mirati sumus, omiserunt Biornstahlius, ac Hwiidius,

N 2 nosque

(1) Cit. *Lettre* pag. 376.

nosque pergratam eruditis rem facturos arbitramur, si eam etiam integram hic cum Latina nostra interpretatione sistamus, qualem ex codice ipso, quem non semel, quum Romae essemus, pro clariss. Garatonii bibl. Barber. Praefecti humanitate contulimus, nos ipsi accuratissime descripsimus.





N 3

(1) Sub fin. Numerorum, ubi haec epigr. reperitur, verbum hoc omittitur.

[illegible] 13
[illegible]

[illegible] 14
[illegible]

[illegible] 15


[illegible] 16
[illegible]

[illegible] 17
[illegible]

[illegible] 18
[illegible]

[illegible] 19
[illegible]

[illegible] 20



21

22


23


24


25


26


27


28 

29 

30 

31 

32 

33 

34 

[illegible] 35
[illegible]

[illegible] 36
[illegible]

[illegible] 37
[illegible]

[illegible] 38
[illegible]

[illegible] 39
[illegible]

[illegible] 40
[illegible]

[illegible] 41

[illegible] 42

[illegible]

[illegible]

1 *Haec est lex sancta*
2 *Lex fortis omnium fortium,*
3 *(Lex) Prophetae, qui accepit eam*
4 *A Deo, e caelis.*
5 *Ipsa scripta est tribus*
6 *Linguis doctioribus*
7 *In gratiam senis honorabilis, excelsi,*
8 *Intelligentis, doctoris omnium sapientium*
9 *Principis synagogae, ac promoti, seu Rabbini,*
10 *Qui cohonestatur benignitatibus excelsis,*
11 *Senis Avi-Sibada,*
12 *Cuius beneficentiae sunt notissimae,*
13 *Filii principis optimi Avi*
14 *Cuius benignitates sunt & ipsae praestantissimae & eminentes,*
15 *Qui est ex filiis scissionis,*
16 *Cornu augustorum ducum.*

17 *Eri-*

17 *Erigam legem hanc*
18 *In ornamentum regium fortis fortium,*
19 *Rem devotam filio eius, & in conspectu eius*
20 *Usque in saecula saeculorum.*
21 *Ut sacra sanctuarii res iugis, ac posterior,*
22 *Nullo illa exscindatur tempore*
23 *A filiis eius, & filiis filiorum eius,*
24 *Qui in iustitia exsurgent.*
25 *Non vendatur, nec redimatur,*
26 *Sed sit anathema perfectum.*
27 *Ego erigo illam iuxta statutum hoc,*
28 *Et iuxta has conditiones perfectas.*
29 *Super eum veniant benedictiones, quae sunt in ea:*
30 *Addat ei in omnibus locis:*
31 *Conatibus suis contra eum frustrentur inimici eius,*
32 *Nec usque ad conspectum eius perveniant,*
33 *Regnare faciat optimum gregem Deus*
34 *Quaeso in annos saeculorum.*
35 *Verba benedictionum istius*
36 *Legis in eo confirmentur:*
37 *Doceat eam filios, & filios*
38 *Filiorum, & secundum beneplacitum vel votum meum, populos*


39 Sit-

39 *Sitque hereditas a patribus*
40 *In nepotes omnibus diebus*
41 *Opera Prophetae congregantis*
42 *In Aegypto inter ignem , & aquam .*
Fiat ! Fiat ! Fiat !

§. XI.

Tertia alia codicis epigraphe hucusque ignota nunc primum editur


RYthmica haec , quam ex Exodo produximus , epigraphe , sub finem etiam Numerorum , ut diximus , repetitur , non tamen divisis versibus , & hemistichiis duplici columna , ut fit sub finem Exodi , sed integra linea rythmi omnes binis versibus comprehensi exhibentur . Sub finem Exodi post rythmicam hanc scribae epigraphem , & breviorem illam a Biornstahlio , ac Hwiidio allatam , qua annus DCXXIV comprehenditur , altera haec legitur ad marginem , a neutro memorata .



[illegible] *Et praefectus est super illam filius sororis meae Aben-Tzabana, filius Avi-Pedach, filii Aben-Tzabanae, & filii eius, & filii filiorum eius, & post eos Academia Rabbinorum synagogae, quae est in Damasco, ut legant illam iuxta ritum vel ordinem eius in sabbathis, & statutis festivitatibus*. Ex alia parte haec leguntur: [illegible]

Non est acceptum a Deo, vel e caelis, nisi binae

binae tabulae. Sub finem vero Numerorum haec eadem repetuntur : 



Scripsitque manu sua, praefecitque super eam Aben-Tzabana, filium sororis meae, filium Avi-Pedach, & reliqua adamussim, ut supra.

§. XII.

De Barberini codicis textu Hebraeo-Samaritano ac Samaritana versione observationes criticae

NOnnulla nunc de textus Hebraeo-Samaritani, atque utriusque, quae eum comitatur, versionis indole, ac natura attingamus. In quamplurimis locis, maxime ubi a Iudaico differt, textum codicis Hebraeo-Samaritanum cum impresso contuli, & adamussim in iis cum eo congruere deprehendi. Ubi vero in reliquis differt, diligenter iam, ut su-

ut superius diximus , annotavit Morinus , ex cuius tamen variis lectionibus constat Barberinum textum saepe Iudaicum sequi. Exempla habes apud ipsum Morinum . At vero si textus congruit , cum impressa sane adamussim non congruit versio Samaritana. Doctissimus Stephanus Evodius Assemanius rectissime contra Morinum, Simonium , Huetium animadvertit , non ita presse Samaritanam versionem sequi Samaritanum textum, ut interdum eum non deserat , idque nonnullis exemplis confirmat (1) , sed paucissimis , quae rem hanc conficiant . Quae enim deinceps producit annorum , vel chronologiae dissidia , quum ea textui Hebraeo - Samaritano cum versione ipsa communia sint , contra Assemanium ipsum potius faciunt. Illud unum certum est , versionem nostri codicis aliquando pressius insistere suo fonti , quam aliam Petri de Valle a Morino editam in polyglottis Parisiensibus , & in Londinensibus recusam . Numer. V. 30. exempli gratia legit impressa ࠅࠄࠏࠋࠉ · ࠀࠋ ·

(1) *Catal. mss. codic. Vatic.* tom. I. pag. 472.

. ࠀࠕࠕࠄ , noſtra . ࠂࠒࠍࠀ . ࠉࠕ . ࠀࠕࠕࠄ . Ita cap. VI. 7. illa habet verbum ࠕࠋࠉࠌ , haec retinet primigenitum ipſum vocabulum ࠀࠇ , quod generalius eſt , ac latiori ſignificatione ſumitur . Barberina verſio ſaepe etiam Chaldaicam verbatim ſequitur . Numer. V. 31. , ubi impreſſa legit:

. ࠅࠉࠕࠁࠓࠉ . ࠂࠁࠓࠄ . ࠌࠍ .
. ࠏࠅࠁࠄ . ࠅࠀࠕࠕࠄ . ࠄࠄࠉࠀ .
. ࠕࠕࠋࠉ . ࠌࠍ . ࠏࠅࠁࠕࠄ ,

noſtra vertit . ࠅࠉࠆࠃࠊࠉ . ࠂࠁࠓࠄ .
. ࠌࠍ . ࠇࠅࠁࠉࠍ . ࠅࠀࠕࠕࠄ .
. ࠄࠄࠉࠀ . ࠕࠒࠁࠋ . ࠉࠕ .
. ࠇࠅࠁࠕࠄ , quae , priori excepto vocabulo ,

bulo, perfectissime conveniunt cum Chaldaica paraphrasi impressa. Haec enim vertit: ויהי זכאה גברא מחובין ואתתא ההיא תקבל ית חובה: Chaldaicas etiam pluralium formas fere semper usurpat Barberinus interpres, contra Hebraicas editus. Genes. XLIX. 4. in impresso textu versionis Samaritanae habetur hic ࠀࠕࠓࠏࠕ, quod melius ab Arabico ترع *festinavit praeceps ad malum* deducere poterat Edmundus Castellus, quum constet Samaritanos multa fuisse ab Arabibus mutuatos, eorumque dialectum arabismis multis scatere. Si ita verbum derivetur, optimus erit sensus, recteque primigeniam dictionem ࠐࠇࠆࠕ exprimet Samaritanus interpres impressus. At vero versio Barberina, transpositis binis litteris, legit hic ࠀࠓࠕࠏࠕ optimo sensu *aestuasti*, *efferbuisti*, *sicut aqua ebulliens*, vel ex significatione Chaldaea, & Syra, cum qua congruit, ut notum est, dialectus Samaritana,

 in spu-


in spumam efferbuisti, *sicut aqua*. Nec enim aliter significat verbum רתח, cui respondet Samaritanum ࠓࠕࠇ, & saepissime de effervescente aqua vel olla a Chaldaeis, & chaldaizantibus Rabbinis usurpatur, ut in Lexico Talmudico monet, productisque exemplis confirmat Buxtorfius.

§. XIII.

In versionem Arabico-Samaritanam Barberini codicis animadversiones criticae

VErsio Arabico-Samaritana, ut nonnulla de ea dicamus, in allato Genesis loco a suo textu discedit, aliumque verborum sensum sistit, quem perperam supra receptum extollit Biornstahlius, vir effervescentis reapse imaginationis, ac praecipitis ingenii. Nec enim vidit totam hanc versionem a solo mendo Arabis interpretis esse desumendam, qui loco ࠁࠁࠌࠁ, confuso caph cum mem. maxime affinibus litteris, legerit ࠁࠁࠌࠁ. Ceterum Arabica verba

verba ما جرعت من الماء melius verti puto *in eo, quod aquam hausisti*. Potest etiam optime sumi ما significatione *quam, quid, quare*, ac verbum, quoniam in punctorum, vel vocalium defectu liberum est, passive sumi, vertique *absorptus es ab aquis*. Levitici XXVI. 39. suum textum secuta vertit & ipsa cum suffixo tertiae personae, ut superius ad hunc locum in variarum lectionum specimine codicis pontificii animadvertimus. Deuteron. XV. 4. addit & ipsa الهك *Deus tuus*, ut addunt Samaritanus textus, & Samar. versio, LXX, vulgatus, Syrus, quatuor codices Hebr. collationis Kennicotianae, & & alii quatuor ex meis contra Hebraeum, Chaldaeum, & Arabem impressum, qui verbum illud non habent. Levitici IV. 29., ubi habetur celeberrimus locus, de quo multa Kennicotius, aliique critici, versio haec reddit.



[illegible]

[illegible]

ويسند يده على راس الكفارة ويذبح
الكفارة في الموضع الذى يذبحون الصعيدة.

Et ponet manum ſuam ſuper caput propitiationis, mactabitque propitiationem in loco, in quo mactant holocauſtum. Ita LXX, & Syrus, qui hic ſequuntur additamentum hoc Samaritani textus, non omnes verſiones antiquae praeter vulgatam, ut notat Brunſius (1), qui male etiam animadvertit in recepta lectione Hebraici textus aliquid eſſe hiulcum ac deficiens. Haec enim, aeque ac altera, Hebr. ſyntaxi analoga eſt, nec ullam involvit amphibologiam, ut adverſus Kennicotium notaverat anonymus Gallus (2). Ex Hebraicis codicibus bini a Kennicotio collati favent lectioni Samaritanae, quibus ex meis addendus potiſſimum eſt cod. 10. antiquiſſimus, qui verba illa ſupplet ad marginem.

Verſio

(1) *De libello contra Kennic.* pag. 54.
(2) *Lettres de M. l'Abbé De .... au sr. Kenn.* pag. 80.

Verſio Barberina multo tenacior eſt primigenii textus, quam Arabica communis impreſſa. Num. v. 30. *Faciat in ipſa ſacerdos quidquid eſt in hac lege*, habet haec. Noſtra:

ويصنع له الامام كل الشريعة هذه.

Facietque ei ſacerdos omnem legem hanc, ut habet textus Hebraeus, & Hebraeo-Samaritanus. Verſ. 31. illa *ad hoc ut innocens ſit*, haec cum Hebraeo fonte *& innocens erit*. Num. vi. 9. Arabs communis habet verbum قطع, ſeu obtrucandi, noſtra ونجس *& polluit* iuxta Hebraeum, qui legit וטמא. Ibidem verſ. 3. duplex, iſque inſignis error reperitur in Arabe communi impreſſo, qui legit hic *omne vinum*, *& omne quod inebriat*, mendoſe utrobique legens كل *omne* pro خل *aceto*. Qui quidem error non ex Saadia ipſo huius verſionis auctore, ſed ex Iudaeis exſcriptoribus, eorumque exemplaribus videtur emanaſſe, unde primum Arabici chriſtianorum codices veroſimilius hauſti ſunt. Iudaica enim exemplaria litteram caph loco cheth hic expreſſiſſe teſtis eſt CPolitana edi-

tio anni MDXXXXVI. ex iisdem petita, quae legit & ipsa: כל כמר וכל מסכר. Quod saepe & in aliis etiam vocabulis factum esse hoc ipsum quod statim subiicitur, כמר, luculenter evincit. Recte & iuxta Hebr. textum nostra خل خمر وخل مشكر *acetum vini, & acetum sicerae*. Arabs Hebraeo-Mauritanus Erpenii recte & ipse utrobique vertit خل. Ubi Samaritanus textus, & Samaritana versio ab Hebraeo dissentiunt, generatim dissentit versio Arabico-Samaritana. Ubi vero versio Samaritana a Samaritano textu discedit, versio Arabica modo ab ea recedit, ut Samaritanum textum sequatur (1), modo vero contra textum ipsum cum ea consentit. Ita Genes. XXXVI. 15, ubi Samaritana versio Barberina contra Samaritanum textum, & impressae Samar. versionis fidem mendose in singulari vertit [illegible], versio nostra Arabico-Samari-

(1) Consulatur Biornsth. c. l., & doctissimus Eichhornius Ienensis professor in *Einleitung ins alte testament*, seu Introd. in V. T. Lipsiae ann. 1780. germanice edita, quam auctoris beneficio debeo, part. I. pag. 509. seq.

maritana vertit & ipſa in ſingulari بن اليفز *filius Eliphaz*. Ex quo forte coniiciendum eſt verſionem hanc ex Samaritana fuiſſe interpolatam. Haec tamen non ita intelligenda ſunt, ac ſi aliquando verſio Arabica utrumque non deſerat, & Samaritanum textum, & Samaritanam verſionem, ac ſingulares explicationes, & gloſſas non ſectetur, quarum exempla Gen. XXXV. 13, XXXVII. 15, XLI. 45 ſe reperiſſe ſuis mihi litteris nuperrime teſtatus eſt doctiſſimus, meique ſtudioſiſſimus Adlerus, qui nunc integram hanc verſionem e Barberino codice Romae diligentiſſime deſcribit, ad publicam, ut ſperamus, utilitatem eam inpoſterum editurus.

§. XIV.

De auctore verſionis Arabico-Samaritanae doctorum virorum ſententiae expenduntur

INcertus eſt auctor verſionis huius Arabico-Samaritanae. Si Edmundi Caſtelli eſſet rem dirimere, noſtram verſionem Saadiae certe tribueret. Teſtatur enim, collatione inſtituta, eam a Saadiana raro diſcedere,

 niſi

nisi ubi textus Samaritanus differt ab Hebraeo (1). Certum namque est, ut animadvertit editor criticae Simonianae (2), Samaritanos longo tempore adhibuisse Saadiae versionem, atque, ea demum reiecta, Abusaid eorum doctorem novam in suae gentis usum adornasse. Huic editori, eiusque observationi contradicit anonymus auctor Benedictinus novarum elucidationum in Sam. Pentateuchum (3), nullo plane nec antiquo, nec recentiori monumento confirmari contendens Saadiae versionis usum apud Samaritanos, vel novam illam Abu-saidi versionem. *Ces sont des assertions gratuites, & chimériques*, inquit is, *semblables à tant d'autres, dont fourmillent les écrits de M. Simon*. Sed errat hic auctor, nec observavit, vel legit apud Le-Longium luculentissimum de hac re pro se editorem illum habere Abu-saidi ipsius Samaritani testimonium, ipsiusque praeterea versionis exsistentiam. Bina enim in bibliotheca regia Parisiensi exstant eius exempla

(1) *Animadv-Sam.* in Genes. XLIX. 34. *polygl. Lond.* gag. 6. V. etiam Walt. *proleg.* XI. §. 12.

(2) *Hist. crit. du V. T.* pag. 305. in notis.

(3) *Nouveaux ecclaircissemens sur le Pent. Samarit.* pag. 249. 250.

pla num. 368, & 370, & in utrisque Abu-saidi praefatio apertissime reperitur, in qua haec leguntur: *Dixit servus Abu-saidus — Equidem ego postquam vidi versionem libri praecellentissimi legis, qui prae manibus est sociorum nostrorum (quos multiplicet Deus), & ipsam eos correxisse corrupte .... quin immo hanc ipsammet esse versionem Alphiumensis (Saadiae videlicet ex urbe Phium) doctoris Iudaeorum (cui adversetur Deus) exegit negotium a me, ut aggrederer interpretationem huius codicis .... interpretatione sincera & clara, ut eruantur inde libri, qui deleant vanitatem tam Alphiumensis, quam illorum, qui utcumque interpretationem eius probaverunt* (1).

§. XV.

Abu-saidi testimonii fides, ac Saadianae versionis usus apud Samaritanos confirmatur

Doctissimus Georgius, qui & ipse Saadianae versionis usum apud Samaritanos impugnat, nec credit Samaritanos adoptare voluisse Iudaici calami opus, testimonium hoc Abu-saidi non tam exploratae fidei

(1) Le-Long. *biblioth. sacr.* tom. I. pag. 117.

fidei esse censet, ut ad hanc versionem tam incerto, ut ipse ait, & obscuro auctori, qualis est iste Said, adscribendam eum queat adducere (1). At, pace tanti viri, non tam propter singularem, omnigenamque doctrinam, quam insignem modestiam, meique ipsius studium mihi in primis suspiciendi, ego non video, quid Abu-saidi fidei obstet. Testimonium scriptoris antiqui est, testimonium constans, ac duorum sat antiquorum codicum fide confirmatum, testimonium scriptoris Samaritani de rebus suae nationis scribentis, qui nec incertus post illorum codicum fidem, nec obscurus dici potest, quoque vix celebriores, ac certiores scriptores in Samaritana gente tam obscura, & ad tantam paucitatem redacta sunt quaerendi. Facti autem incredibilitatem, quam ex Samaritanorum in Iudaeos odio urget, a praefatione ipsa Abu-saidi, quam ob oculos habebat, penitus everti animadvertere poterat acutissimus vir. Ibi enim in utroque codice Samaritanus ille doctor non solum versionem ipsam, sed & suae gentis errorem redarguit, existimantis *hanc versionem esse doctoris praestan-*

(1) *Epistola* Hwiidii *specim*. subiuncta pag. XIX. & XXI.

ſtantiſſimi Abul-hacein Tyrii, (*cuius miſereatur Deus*), quum tamen ipſius non eſſet . Samaritano ergo ſcriptori a Samaritanis tribuebatur, nec ſi Saadiae credidiſſent, Samaritanarum odium , ut ego quidem opinor , illius verſionis uſui obſtaſſet, niſi conſtitiſſet malae fidei eſſe , quod primum demonſtrare conatus eſt commemoratus Abu-ſaid . Notum eſt mutuum Karaeorum , ac Rabbanitarum Iudaeorum odium . Attamen Karaei libris Rabbanitarum ſacris , eorumque editionibus promiſcue utuntur . Contra Rabbanitas noſtros Karaeorum libro Chizuch emunà , quem ipſimet Amſtelodami recuderunt , & in dialectum Iudaeo-teutonicam verterunt, quotidie uti videmus . Saadianae ergo verſionis uſus , mea quidem ſententia , controverti nequit , praeſertim , quum ex praefatione ipſa Abu-ſaid conſtet , Samaritanos Saadianam verſionem in uſum recipientes , eam correxiſſe , atque ad ſuum textum reformaſſe .

§. XVI.

§. XVI.

Num Arabica Barberini codicis versio Saadiae sit, an vero Abu-said, vel alterius?

NOn eo tamen haec dico, quod Arabicam nostri codicis versionem Saadianam ipsam esse putem, a Samaritanis correctam, & reformatam. Vix tantam ego inter utramque conformitatem puto intercedere, quantam Capellus, ac Waltonus testantur, & si Saadiae versio in polyglottis legitur, ut Morinus, Waltonus, totque alii doctissimi viri fidem faciunt, lis omnis dirempta est. Multum enim discrepant. Biornstahlius dolet nulla se ratione rarissimam Saadiae versionem, quae CPoli anno MDXXXXVI. hebraicis litteris impressa est, detegere, ac consulere potuisse, etsi illius exemplar in Parisiensi bibliotheca regia, quam viderat, reperiretur, & manifestissime illud illic reperiri eum monerent auctores catalogi impressorum librorum (1). Verum, quod Biornstahlius non praestitit, non solum elapsis hisce diebus Pari-

(1) *Catalogue des livres imprimés de la bibl. Roy* tom. 1. pag. 17. num. 243.

Parisiis praestitit HWiidius, qui datis ad eruditissimum Amadutium nostrum litteris adfirmavit CPolitanam Saadiae versionem eamdem esse cum impressa in polyglottis, etsi infinitis editorum mendis miserrime foedatam, ac corruptam, sed longe antea praestiterat Pocockius, cuius verba digna sunt, quae hic exscribantur. *Versionem Arabicam*, inquit is, *quae hic edita est*, *celebri Iudaeorum magistro R. Saadiae Haggaoni originem suam debere autumamus*, *licet ab alio quopiam subinde interpolatam*. *Neque enim opera alius cuiuspiam privata ex fonte Hebraico primitus deductam facile suadet ea*, *quae est inter hanc*, *& illam*, *quae R. Saadiae esse ab omnibus in concesso habetur*, *convenientia* (1). Et infra: *Propius videtur*, *ut alium quempiam in messem Saadianam falcem misisse credamus*, *eumque ortu vel Iudaeum*, *vel Samaritanum* (2). Haec Poco-

(1) *Praefat. ad var. lect. Arab.* tom. VI. *polyglot. Londin.*

(2) Hoc suos fecisse, ac versionem hanc foedasse adfirmat Abusaidus Samaritanus commem. loco. Christianos etiam eam alicubi interpolasse verosimile est. Codex Parisiensis, unde editio polyglotta facta est, a christiano, & ex christianis, ut videtur, codicibus descriptus est, cum quibus interdum non convenisse Iudaicos testis est CPolitana editio. De hisce dissidiis consulatur Hottingerus

Pocockius, qui CPolitanae editionis dissensum tam a mss., quam ab editione Parisiensi, ab exemplarium potissimum varietate repetit, fateturque CPolitanam editionem passim mendis scatere vel exemplaris vitio, vel eorum, qui vocales apposuerunt, imperitia & negligentia. Sed haec omnia meis iam oculis intueri, examinare, conferre, luculenterque confirmare meipsum posse vehementer laetor, quum felicissimo eventu, postquam priora illa scripseram, typisque commiseram, factum sit, ut CPolitanum Pentateuchum, tantae nunc raritatis, repererim, & obtinuerim (1). Cl. Steph. Evodius Assemanius,

rus in perraro suo smegmate orientali, quod nuper accepimus, pag. 98., qui tamen perperam iis utitur, ut Parisiensem interpretem a Saadia ipso distinguat.

(1) Id etiam aperte confirmat ipsissimi Parisiensis codicis unde polyglotta versio, teste Renaudotio, desumpta est, Arabica praefatio nuperrime a clariss. Schnurrer, amico meo singulari edita in disput. philol. de Pentateucho Arabico-polyglotto 4. Tubingae 1780. En descriptoris verba pag. 10. فتصفحت نقل الشيخ سعيد الربان الفيومي فاستدللت من انفاسه ... واستنسخت من نقله هذه النسخة .

Et in-

nius, qui multa de Saadia, eiusque versione & ipse disseruit, tradit CPolitanam illam Saadiae versionis editionem Erpenii cura anno MDCXXII recusam fuisse Lugduni Batavorum (1). In quo sane alucinatur doctissimus Praesul, quum multum a Saadiana distet hac versio, quae ad manus meas est, & ad Iudaeum Mauritanum, non ad Saadiam, communi eruditorum iudicio referatur. Superest ergo, ut verosimilius ad eumdem Abu-said referenda videatur Barberina translatio, quod facta collatione cum Parisiensibus regiae bibliothecae codicibus facillimo negotio definiri potest, & definiet fortasse Hwiidius ipse. Nisi dicamus versionem hanc per-

Et inspexi versionem Sceich Said rabbini Fiumensis, direxique me ex alitu oris eius . . . . , & descripsi ex versione eius hoc exemplar. Huius praefationis locum Saadianae versionis naturam respicientem, quem recte se non assequi fatetur cl. Schnurrer, ac propterea hiulcum relinquit, commode sic interpretari posse reor. *Notavi ergo plures eiusmodi voces e regione in hoc exemplari iis vocibus, quibus utuntur varia procerum ac vulgi idiomata, ex quo homines perpetuo decipiuntur, ne errent in eo auditores, & male intelligant iuvenes, ac deterreantur ab insolito, qui in eo fit, usu impressores, sed intelligat illud imperitus, sicut intelligit doctus*.

(1) *Catal. bibiioth Medic*. pag. 63.

pertinere ad Iosephum Elsahebuesi de Issa; vel Iaffa, Samaritanum & ipsum doctorem, qui Pentateuchum Samaritanum arabice vertit in Damasco, cuiusque versionem, ut in bibliotheca Wittiana exstantem, affert Le-Longius (1). Herbelotus memorat doctorem quemdam Samaritanum Iossuf, vel Iosephum Mohadhebeddin, filium Abi-said Alsameri, qui nescio num forte idem sit cum postremae huius versionis auctore. Testis enim est Herbelotus ipsum opus conscripsisse in Pentateuchum, mortuumque esse anno hegirae DCXXIV (2), ipsissimo anno, quo descriptus est codex Barberinus. Alsamerì vocant Arabes Samaritanum, & Alsamerà Samaritanos, ut observat etiam commemoratus Herbelotus (3), & ante Herbelotum Rabbi Azarias De-rubeis in Imrè binà, in cuius textu intelligendo ter peccari video a cl. Schwarzio in suis exercitationibus historico-criticis in utrumque Samar. Pentateuchum (4). Verba enim: אצל העם הנקראים

(1) *Bibl. sacr.* pag. 117. *Bib. Witt.* part. III. pag. 45.
(2) *Bibliothéque orient.* pag. 854.
(3) Ibid. pag. 753.
(4) *Exercit.* III. pag. 12. in notis.

אלסאמירה, *apud populum dictum Alsamerà*, vel Samaritani, vertit *apud Karaeos Samirae*, *idest Samariae*, confundens participium passivum הנקראים cum proprio nomine הקראים, nomen gentis cum nomine urbis, eiusdemque articulum separans, qui coniunctim scribendus, & efferendus est.

FINIS.

CENSORIS THEOLOGI
DIATRIBE
QUA
BIBLIOGRAPHIAE ANTIQUARIAE
ET SACRAE CRITICES CAPITA ALIQUOT
ILLUSTRANTUR.

MONITUM.

QUum *Cl.Rossii Operis, cui titulus*: Specimen Variarum Lectionum Hebr. Textus, & Chaldaica Estheris additamenta ex singulari Mss. Codice Hebr. Bibliorum Summi Pontificis felicissime regnantis PII VI., notisque Historico-Criticis, ac variis dissertationibus illustratum, *Examen Theologicum, iubente Reverendissimo Sacri Palatii Apostolici Magistro, lubenter, uti debueram, suscepissem; nihil antiquius habui, quam ut munus hoc perhonorificum diligenter & attente perficerem. Dum vero de* Specimine *castigatissime edendo cogitabamus, mihi, qui Censoris Theologi officio fungebar, continuo in mentem venit de rei cuiuspiam litterariae tractatione, etsi properantibus typis, quae ab Libri argumento non esset prorsus aliena, quidquam commentari, quod loco*

esse censurae, sive approbationis posset. Consilium meum probavit Cl. Rossius: quod sane amicitiae tribuo. Meam igitur tractationem DIATRIBEN *inscripsi, eamque Rossio ipso humanissime annuente, in extremo eiusdem* SPECIMINE *edendam putavi. Atque eo quidem cupidius, lubentiusque putavi, quo* SPECIMEN *Rossii dicatum, consecratumque esse nomini, maiestatique PII VI. P. M., quem Deus nobis quam diutissime sospitem, ac incolumem servet, intellexissem; unde fore non dubitabam, ut in* DIATRIBEN *ipsam meam plurimum redundaret existimationis, atque dignitatis. Amicorum autem, ut satis quoque facerem, aliquod* DIATRIBES *exempla, numero quidem paucissima, iisdem typis seorsim excudenda censui. Quod si Opusculum, licet rudi minerva susceptum, non omnino displicet, novas dabit vires, animosque, ut in lucem fusius, absolutiusque rursum prodeat.*

CEN-

CENSORIS THEOLOGI

DIATRIBE.

I. QUOD unum iam diu vehementer expectabamus, quodque nostris hisce temporibus, tota ferme Europa, virorum doctrina praestantissimorum, & votis & litteris & scriptis celebratum erat; nunc tandem incredibili diligentia, laboribus & vigiliis summis, magnis itidem pecuniis, coeptum cernimus; confidimusque fore, ut brevi perficiatur. Nam ea florent, vigentque studia, quae, dici vix potest, modo qua decet verecundia excolantur, sobrie, caste, sanctéque tractentur, quantum librorum sacrorum veteris

Teſtamenti αὐθεντίᾳ ac dignitati lucem affundere queant, atque integritati. Quae, & quanta ſint haec ſtudia, nemo eſt qui non agnoſcat, niſi bonarum litterarum iniquus aeſtimator.

Haec multis alibi data opera ediſſeruimus (1). Quibus autem criticis praeſidiis cum vetuſtiorum Verſionum, tum manuſcriptorum Codicum Hebraico-Biblicorum ope, ſparta haec bene ornari & naviter poſſit, eaque ſane erga τὰ λόγια τῦ Θεῦ, ſive *Eloquia Dei* reverentia, quae ſuprema nobis lex ſit, numquam poſthabita, abunde, ut arbitror, ibidem diſputatum a me eſt, exempliſque, ni me mea fallit opinio, ſat luculentis demonſtratum. Quas praeterea eruditi viri, hoc praeſertim & elapſo ſaeculo, ea in critices ſacrae parte vel animo conceperant, vel tentarant lucubrationes, vel denique ſuſceperant, copioſe

(1) In Opere cui titulus: *Des Titres primitifs de la Révélation, ou Conſidérations Critiques ſur l'Intégrité du Texte Original des Livres Saints de l'Ancien Teſtament; dans lesquelles on montre les avantages que la Religion & les Lettres peuvent retirer d'une nouvelle édition de ce Texte comparé avec les Manuſcrits Hébreux, & les anciennes Verſions Grecques Latines & Orientales. A Rome* 1772. Tomi II. in 8. paſſim.

piose eodem in libro enarravimus (1). Quod si doctorum virorum, Houbiganti in primis, & Kennicotti, aliorumque labores criticos aliqua notavimus censura; quisque existimet vehementer velim, non voluntate laedendi quemquam, (aliter namque comparati sumus) non carpendi prurigine, sed id eo sane & uno consilio factum a nobis esse, quo divinorum Eloquiorum sanctitatem, auctoritatemque, quinetiam integritatem, quam vocant *essentialem*, tueremur.

Profecto dum quidam critici viri, modo veteres Interpretes, modo libros Hebraico-Biblicos manuscriptos cum Textu Hebraeo vulgato invicem perpetuo committentes, eo tandem revolvuntur, ut, si possint, efficiant sacro in eodem Codice maxima & prope innumera esse vulnera; quid autem est, nisi hoc est sanctissimi libri fidem in discrimen vocare, profanisque hominibus arma porrigere, quibus Hebraica Veritas impetatur? Verum de his fortasse, si otium suppetet, infra erit aliquis etiam dicendi locus.

Hui-

(1) Ibid. *Discours préliminaire*, pag.CCVII. seqq., & Tom. II. pag.329. seqq. & in notis.

Huiufce generis Criticorum cavillationes haud pertimefcamus. Horum ego, etfi multorum de manufcriptis Codicibus Hebraicis, deque hodierni Textus editi ftatu commentarios & difquifitiones perlegerim, nullum tamen memini offendiffe me, qui ipfam librorum facrorum integritatem, quam dixi *effentialem*, velit, nolit, non admittere cogatur. *O magna veritatis vis*, utor Tullii verbis (1), *quae contra hominum ingenia .... fe per fe ipfam defendat!* Quae hi homines critici tanta animorum contentione & aeftu caufantur in vulgato Hebraico Textu vulnera; ea, inquam, menda ingentia & fine numero & fummi momenti (quod centies ad naufeam ufque repetit Kennicottus) talia non funt. Quod fane amplior cognitio Codicum (2) Hebraeo-Biblicorum, atque collatio maiorem in lucem ponet.

Quum

(1) *Oratio pro M. Caelio* num. 26 oper. Tom. VI. edit. Genev. 1745. pag. 116. 117.

(2) Scio equidem doctiff. Iacobum Martorellum, *de Regia Theca Calamaria* lib. I. cap. III. pag. 259. edit. I. Neapolit. 1756. in eruditos viros non una vice acriter invehi, qui de Mff. libris differentes, hos femper appellant *Codices*: fed inficetiffime, ut idem Martorellus exiftimat, & Senecae in primis teftimonio nixus docet Codices nufquam

Quum igitur ſacra venerandae antiquitatis monumenta, quae e temporum naufragio ad nos, ut ita dicam, enatarunt, noſtra permagni interſit, diligenter, attente, conſiderateque perſcrutari; quibus voluminum Hebraicorum veritas maxime comprobetur; eruditis viris gratulari ſatis non poſſumus, quod in manuſcriptorum Codicum Hebraeo-Biblicorum notitiam promovendam, amplificandamque curas omnes, atque cogitationes ſuas contulerint, conferreque pergant.

Id aetatis doctorum virorum, qui in hoc genere verſati ſunt, veſtigia premens Cl. Ioannes Bernardus de Roſſi, ſi quis de his ſtudiis bene eſt meritus, profecto ille ipſe eſt, qui prae-

quam ſignificaſſe privatorum libros, aut menbranas, ſed tantum publicas tabulas, ſive ſyngraphas, inſtrumenta cauſarum & litium, ſtipulationum, aliorumque contractuum, tabulas teſtamentarias, nuptiales, edicta praetorum, atque interdicta; imo quae barbare *publica documenta* cauſidici viri appellant. Paucis dicam: vult omnino vocem τȣ̃ *Codicis* pro quovis genere librorum ab elegantioris aevi ſcriptoribus numquam adhibitam fuiſſe. Quamquam haec a Martorello erudite exponuntur, ego vero utraque voce *Codicis* & *Libri* aut *Voluminis* promiſcue utar; etenim ab iure & norma loquendi viris erudititiſſimis hodie probatiſſima recedere quaedam mihi religio eſt.

praeterquamquod multa de rebus ad litteras omnes Hebraicas ſpectantibus egregia ediderit Opuſcula, hanc praecipuam adeptus eſt laudem, quod in manuſcriptis Codicibus, in primis Hebraico-Biblicis, detegendis, colligendis & illuſtrandis, non modo diligens, ſed iiſdem, tanto, quanto nemo unquam antea numero, e latebris praeſertim Synagogicis educendis, expromendiſque, propriumque in uſum convertendis, critices ſacrae incremento, reique litterariæ bono, eruditorum omnium ſolertiam ſuperaverit, atque induſtriam. Siquidem illud iam ſua diligentia ſingulari conſequutus eſt, ut viginti duos ac trecentos Codices Biblico-Hebraicos ſolus poſſideat (1).

Certe doctus Beniaminus Kennicottus hac in re multum fuit; non autem una ſua, ſed multorum uſus opera eſt. At Cl. Roſſius unus omnium, ac ipſe quidem per ſe hunc ſibi laborem ſumpſit. Proſpicimus vero fore, ut maiorem in modum eum augeat numerum ſuorum Codicum, tum manu exaratorum, tum editorum. Quodque nobis mirum ſane videri debet, iidem, paucis admodum exceptis, manuſcri-

(1) Vid. notam ſequent.

scripti Codices a nemine hactenus collati sunt, ipsique Kennicotto, qui variis colligendis Hebraici Textus lectionibus tantopere insudavit, plane incogniti.

Itaque cum tanta, quae sane magna est, insigni atque praeclara Codicum, sive manu exaratorum, sive editorum (1) supellectili, va-

(1) Confer eiusd. *Specimen variarum lectionum Hebr. Textus &c. ex singulari Codice Hebr. Bibliorum Summi Pontificis feliciter regnantis PII VI.* pag. 9. seqq. & 106. = Eiusd. *ad Guill. Fred. Husnagelium epistolam, qua nonnulla Ferrariensis Typographiae capita illustrantur*, novae editioni Cl. Auctoris *Commentarii Historici de Typographia Hebraeo-Ferrariensi* ab eod. Husnagelio Harlingae hoc anno 1781. susceptae, praemissam pag. 3. seq. „ Non solum (inquit Rossius in ea epistola, loc. cit.) „ magnum in has editiones studium, magnamque operam contulimus, sed & tantus apud me exstat illarum „ apparatus, tantaque copia, ut ex omnibus, quotquot XV. saeculo prodierunt, Hebraicis editionibus, quae „ sunt circiter sexaginta quinque, vix unam desiderem, „ quasque in integris regnis, & in ditioribus Principum „ Bibliothecis requiras, quas doctiores Bibliographi, ac „ critici vel penitus ignorarunt, vel ex solo nomine, ac titulo cognoverunt, eas bis, ter, quaterque „ apud me reperias. = Cet.

Haec die 5. mensis Decembris superioris anni 1780. Cl. Husnagelio scribebat Rossius; a quo tamen tempore & editorum & manu conscriptorum librorum uberiorem sibi copiam fecit, maioremque ei toto animo optamus. Ex tercentis & septem mss. exemplaribus, quorum eadem in epistola solum meminit, ad tercentos & viginti eos

valeat Rossius ; de Hebraicorum voluminum Biblicorum illustrandorum facultate & copia, quodammodo ac iure merito poterit gloriari. Neque laudem consequetur minimam, dum iis, quae vulganda, promisit, orbem litterarium quam primum ditet. Sane digna, quae a nobis non praetermittantur;

ve-

eos iam auxerat, dum sui variantium lectionum speciminis praelo committendi negotium nobis demandavit, nempe fere inclinante mense elapso Aprili anni huius 1781.

Ex nuperrima vero sua 28. Iulii ad me data epistola, duos Codices Hebraeo-Biblicos etiam acquisivisse se, intellexi. Horum unum Paullus Iacobus Brunsius Lubecensis, cui Codicis ab Iudaeis Vercellensibus emptio fuerat omnino denegata, in selectis dumtaxat locis pro collectione Kennicottiana cóntulit; eumque in sua *Dissertatione*, sive *Praefatione Generali* Kennicottus ipse saeculo XII. exeunti accenset, plurimique aestimat. Quo autem teste hanc Codici aetatem tribuerit doctus Anglus, meliora certe nos edocebit Msti possessor Clar. de Rossi, qui longe uberius atque enucleatius illud ipsum de Mss. suorum Codicum, aliorumque multorum vera antiquitate argumentum mandare litteris potest. Nam Kennicottus, ut canis Nilum, obiter tantum, ac in transcursu (quod suo loco dicetur, & tempore) rem hanc delibat potius, quam absolvit.

Alter horum Codicum Kennicotto prorsus ignotus, quemve saeculo XIII. scriptum censet Rossius, continet *Haphtaroth* & *Paraschioth pro diebus Festis*. Numerus igitur omnis Codicum Hebraeo-Biblicorum, quos mense superiore Iulio Rossius acquisiverat, tercentis viginti duobus

veluti ea, quae de Εἰσαγωγῇ ad criticem sacram sapienter meditatur; quae etiam de vetustioribus editionibus Hebraicorum Bibliorum a Typographiae incunabulis ad annum millesimum quingentesimum quinquagesimū recensendis est editurus; quae de supplementis ab se paratis ad Annales suos Typographicos Hebraicos iam impressos; quae denique de Codicibus Orientalibus suis habet (1), prae-

bus comprehendebatur; si vero etiamnum maior non sit, hoc ipso vergente mense Augusto, quo haec litteris trado.

Sileo praeterea vetusta plura Hebr. Biblica exemplaria typis expressa, a Kennicotto quoque omissa, Mss. Codicibus certe aequiparanda; quippe quia in recte diiudicandis textus Hebraici variis lectionibus esse maximi usus possunt, quorum librorum ante annum MCCCCCXXV. editorum copiam in dies plurimum auget Cl. Professor Parmensis. Mitto pariter Mss. Codices eorumdem Bibliorum non paucos, de quibus Editor Anglus ne cogitavit quidem, quosque vel in integrum, vel in selectis locis contulit, & conferre pergit Rossius. Unde colligi potest, quot & quantas in suo Κειμηλίῳ id generis divitias possideat doct. Rossius. Sed haec & alia ex Apparatu Hebraeo-Biblico brevi ab se edendo, tum ex Mss. suorum Orientalium indice accurate, exactaque cura, elaborato, tum ex Prolegomenis Biblicis Historico-criticis, ac praesertim novis suis Annalibus Hebraeo-Typographicis, typis modo vulgandis, in medium ille ipse proferet.

(1) Vid. eiusdem *Praefationem ad Commentar. Histor. de Typographia Hebr. Ferrariensi*, edit. Parmens. 1780. pag. x.

praecipue Biblico-Hebraicis ſingillatim deſcribendis, dein vero cum antiquis ſacrorum veteris Teſtamenti librorum Interpretibus conferendis. Quod poſtremum opus, quantum Kennicottianam variarum lectionum Hebraici Textus collectionem utilitate, atque praeſtantia ſit ſuperaturum, intelligere quiſque poterit.

Ea vero ſingula, quae nobis per epiſtolas ſaepe ſaepius amice ſignificavit, avide ac lubentiſſime accipiemus, cum ſummam ob rerum utilitatem, tum quia ab iis multum in manuſcriptorum Codicum Hebraicorum hiſtoriam calcographicam, a nemine huc uſque tentatam, profluet luminis, neque minus praeſidii, atque ornamenti.

II. Quum multae res in hac critices Hebraicae parte, quae eorumdem Codicum manu exaratorum aetatem attinet, nequaquam ſatis explicatae ſint; ut aliquid tandem certi de re tam obſcura ſtatui poſſit, magnum profecto, & arduum, ſed perutile eſſet opus, quod tamen exercitatione egeret non parva, uſu praecipue aſſiduo in cuiuſcumque generis manuſcriptis Codicibus Hebraicis, diu noctu-

noctuque versandis, & illa ipsa insigni copia, qua praestat Cl. Rossius.

At enim viros doctos haud sane praeterit, quantae salebrae, difficultatesque in Hebraeorum librorum manu exaratorum vera aetate generatim definienda, undequaque offerant sese, illorum in primis Codicum Mss. certa anni, aut temporis notatione carentium; tametsi quoque aetatis nota, qua Codex insignitus fuerit, nec semper firma haberi debeatur. Hoc pluribus demonstravit Cl. Christianus Fridericus Schnurrer (1), ab aliisque posthac (2) est disputatum, contra

Q atque

(1) Vide eiusdem *Dissertationem inauguralem de Codicum Hebr. Vet. Test. Mss. aetate difficulter determinanda*, Tubingae editam an. 1772. in 4. pagg. 30.

(2) Consulenda sunt: Io. Henr. Michaelis *Dissertatio Philolog. critica de Codicibus Mss. Biblico-Hebraicis, maxime Erfurtensibus*. Halae Magdeburg. 1706. § IX. pag. 11. = Ioh. Gottlob Carpzovii *Critica Sacra Vet. Testam.* part. I. cap. VIII. pag. 374. seqq. edit. Lipsiens. 1748. = Io. Christoph. Wolfii *Bibliotheca Hebraea*, part. II. lib. II. sect. III. pag. 326. seq. = M. Olavi Gerhardi Tychsen *Tentamen de variis Codicum Hebr. Vet. Test. Mss. generibus a Iudaeis, & non Iudaeis descriptis: &c.* Rostochii 1772. in 8. sect. III. pag. 258. seqq. = Beniamini Kennicotti *Dissertatio super ratione Textus Hebraici Vet. Testamenti*, part. I. edit. Latin. Lipsiensis 1756. pag. 292. = Theod. Christ. Lilienthalii *Commentatio critica, sistens duorum Codi-*

atque Daniel Ernestus Iablonskius fere omniũ primus iam adnotasset (1). Qua sane in disputatione, quid vero similius nobis videatur, modo declarabimus.

Porro quod maxime rem, causamque continet, est utrum dentur Codices Msti vere antiqui, laudemque omnino mereantur & bonitatis & accurationis; an contra Codices etiam recentioris aevi usum aliquem in critice Hebraica reapse habeant non contemnendum? Quae duo in variis lectionibus diiudicandis plurimum possunt.

At

Codicum Msstorum Biblia Hebraica continentium, qui Regiomontani Borussorum asservantur, praestantissimorum notitiam: &c. Regiomont., & Lipsiae 1770. sect. II. pag. 88. seqq. = Io. Augusti Dathe, *Prolusio de difficultate rei criticae in Vet. Test. caute diiudicanda*. Lipsiae 1762. pag. XI. = Io. Friderici Schellingii *Descriptio Codicis Ms. Hebr. Stutgardiensis, Dissert. praelimin.* §. 18. pag. 33. seq. Stutgardiae 1775. = Nicolai Nonnen praefatio *in Io. Georgii Schiede observationum Sacrar. Bigam*. Lipsiae 1748. pag. 3. seqq. = Io. August. Starck *Davidis, aliorumque Poëtarum Hebr. carminum libri V.* Regiomonti & Lipsiae 1776. vol. 1. part. 1. *Sive Prolog. Critic.* sect. II. pag. 37. seqq. = Aliique.

(1) Confer quae hanc in rem disputat; *Praefat.* §. 37. ad Biblia Hebraica, Berolini anno 1699. typis vulgata in 8. maiori; etsi dantur exemplaria, quae formam quarti ordinis referunt; sed Hebraici textus non est diversa ratio, uti bene monet Wolfius, *Biblioth. Hebr.* loc. cit., sive vol. II. pag. 381.

At vero, quum plura quam res mea postulet, complecti nolim; in uno de Codicum Mss. Hebraeo-Biblicorum antiquitate argumento quaestio primum versetur, necesse est. Qua quidem, ut potero, explicata, alterum quod de eorumdem Mss. bonitate est argumentum, quodque priori coniunctum aliquo modo esse videtur, facilius dignosci poterit.

Ad vetustissimos igitur hos Codices me conferam. Sunt enim, qui ab ultimis temporibus adhuc superesse putent. Sunt qui nullum tantae vetustatis censeant exstare. Ego vero hac de tractatione ita statuendum existimo.

De Αὐτογράφοις Biblicis non est quod multum inquirere debeamus (1). Ea namque

 si aeta-

(1) Vid. quae de iis disseruere praestantissimus P. Le-Long, *Biblioth. sacr.* Tom. I. sect. I. cap. II. pag. 48. seq. = Ioannes Morinus, *Exercit. Bibl.* lib. I. exercit. I. cap. II. §. 29. pag. 15. edit. Paris. in fol. = Io. Frid. Mayerus, *Dissertat. Selectae*, pag. 545. seqq. = Io. Christ. Wolfius, loc. cit. vol. II. pag. 281. seqq. & vol. IV. pag. 78. = Io. Gottlob Carpzov. loc. item cit. pag. 364. seqq. = Samuel Tiessensee in *Disputatione Theolog. de Autographorum Biblicor. iactura rei Christianae, & innoxia, & utili*. Halae Magdeburg. 1743. §. V. & seqq. pag. 10. seq. &c.

ſi aetatem tuliſſent, nullam video omnino cauſſam, quamobrem de Codicibus hactenus nobis cognitis, conſulendis, pluribuſque aliis detegendis, & magna pecunia acquirendis, tantopere nunc eſſemus ſolliciti. Ad illa profecto ſcriptorum ſacrorum Autographa, ſi exigi noſtra Ἀπόγραφα Biblica etiam edita poſſent; qualemquumque tandem labem contraxiſſent, aut vitium, conſcriptorum incuria, omnis de ſingulis dictionibus, aut ſyllabis, aut litteris, aut apicibus τῆς מקרא, concertationi & dubio ſtatim imponeretur finis. Sed iamdiu, uti omnia evincunt, Αὐτόγραφα deperdita fuere.

Ex quo facile intelligitur, eos rebus commentitiis fidem adiungere, qui Librorum ſacrorum, verbi cauſſa, exemplar manu ipſius Eſdrae exaratum, atque ab ſe recenſitum hodie exſtare comminiſcuntur. Haec a nonnullis, ceteroquin doctis hominibus, gratis aſſeruntur (1) ſine locuplete auctore atque teſte.

(1) Vid. Scriptores nota ſuperiori indicatos, quibus adiungendus Scipio Sgambatus, *Archivorum Veteris Teſtamenti* lib. II. titul. LXII. pag. 405. Neapoli 1703. fol. apud quos Auctores, nonnullos viros doctos ita ſentientes legere eſt. Quae tamen ſententia Sgambato, Wolfio,

teſte. Quae, quia nota ſunt, & a vero penitus aliena, relinquo. Illa itaque omittamus Autographa, quae profecto noſtram ad uſque aetatem numquam pervenere, quibuſque ſecure carere poſſumus; cum de auctoritate, deque integritate Codicum noſtrorum Hebraicorum dubitatio nulla ſuboriri queat.

Veniamus ad illa ἀπόγραφα, & quidem vetuſtiſſima. Eiuſmodi Codices antiquiſſimis temporibus, in Iudaico populo, & aliquot poſt natum Chriſtum ſaeculis, eadem in gente, longa aetate huc illuc nunc errante, exſtitiſſe, aliiſque ex Codicibus bonae antiquitatis & optimae notae accuratiſsime deſcriptis, expreſſos; atque in tanta aeſtimatione, auctoritatiſque pondere ab ipſiſmet Iudaeis ſemper habitos, ut exempla Biblica Hebraica ſua ad illos diligenter emendarent, corrigerentque,[1] nemo eſt bonorum Criticorum quin ultro concedat. Immo vero iiſdem in libris rite deſcribendis manuſcriptis ſuis le-

ſio, Morino, ceteriſque, quorum eadem in adnotatione memini, nullatenus probatur. Et merito quidem; idque quum ſatis ſit accurate demonſtratum, nihil opus eſt argumentis facere longius.

ges quaſdam ſapienter condidiſſe (1), quas conſtantes & ratas haberent: vetuſtiſsimaque memoria apud ipſos Iudaeos unum fuiſſe hominum genus ſub nomine τῶν סופרים, ſive Scribarum (2), Codicum ſacrorum exarandorum

(1) Hæc & ſimilia maiorum inſtituta, quibus, ne ſacris libris aliqua corruptela accideret, magnopere praecavendum ſibi Iudaei veteres exiſtimarunt, longa aetate apud ipſos & uſu continuo certiſſime viguere. At denique litteris, licet ſerò, mandata fuiſſe, facile crediderim, & quidem bonam partem in Tractatu מסכת סופרים inſcripto, cuius a me facta mentio eſt Tom. II. pag. 267. not. 3. *des Titres primitifs de la Révélation*. Hebraici eiuſdem libelli XXI. capitibus comprehenſi quatuor priora Latine edidit eruditiſs. Danus, meus amiciſſimus, litteris orientalibus, ac ſtudiis doctrinae maxime deditus, ſequenti titulo: *Iudaeorum Codicis ſacri rite ſcribendi Leges ad recte aeſtimandos Codices Manuſcriptos antiquos perutiles; e libello Thalmudico* מסכת סופרים *in Latinum converſas, & adnotationibus explicatas eruditis examinandas tradit Iacobus Georgius Chriſtianus Adler, Theol. & Ling. O. C. Hamburgi* 1779. pagg. 24. in 4. Quod egregium opuſculum dono humaniſſime mihi dedit. De eo Scribarum Tractatu, licet recentioris aetatis ipſomet Thalmude, adeas Ioh. Chriſt. Wolfium, loc. cit. vol. II. lib. IV. cap. III. pag. 752. ſeq., & Scriptores cum Iudaeos, tum Chriſtianos, quos de eodem argumento ibidem exhibet. Videſis etiam Ioh. Gottlob Carpzovium, *Criticae ſacrae* part. I. cap. VII. §. III. pag. 371.

(2) Confer *Diſſertation critique ſur l'époque de la ponctuation Hébraique de la Maſſore, telle qu'elle eſt aujourd'hui, par M. Etienne Fourmont. Mémoir. de littér. de l'Acad.*

rum negotio peculiariter deputatum, & nostris etiam temporibus ab ipsisinet Iudaeis

Acad. Royale des Inscriptions & Belles Lettres, Tom. XIII. pag. 495. seq. edit. Paris. in 4.

Quum ego in eum me locum adductum videam, quo Hebraeorum Scribarum mentionem inieci, non possum silentio praeterire, quae de iisdem, sed minus recte, breviter disputat nuperrimus scriptor popularis noster, non incelebris. Post vero quam τῶν סופרים, vel *scribarum* nomine doctum hominem apud Hebraeos indicari dixerat, eo statim recidit, ut homines illos doctos ea in gente paucissimo admodum exstitisse numero contendat: *le nombre des Savans*, inquit ipse, *étoit très-borné chès cette Nation* (Vid. *Essai sur l'Ecriture Sainte*, *par M. l'Abbé du Contant de la Molette*, *Vicaire Général de Vienne*. *Paris* 1775. in 12. cap. II. §. 1. pag. 30. Confer eiusdem Cl. viri *Nouvelle Méthode pour entrer dans le vrai sens de l'Ecriture Sainte*, Tom. II. in 12. iisd. Typis 1777. Tom. I. cap. II. §. 1. pag. 39. Quae nova methodus praecedentis Speciminis altera editio est, sed duplo auctior. Postremo autem hoc in loco cit. de doctorum virorum apud Hebraic. gentem paucitate idem prorsus repetit. At haec, praeter quam quod veteris populi Iudaici historiae adversantur; cum iis, quae alibi contra impium Voltairium, sacerrimum auctorem nefandi operis, cui titulus: *La Bible enfin expliquée*, sapientissime statuit Cl. vir, ne componi quidem potest. Sic ipse eo suo in opere inscripto: *La Genese expliquée d'après les Textes primitifs*; *avec des Réponses aux difficultés des Incrédules*. *Paris* 1777. Tom. I. pag. 37. & 38., inter alia edisserit = Le Critique (Voltaire) ne les traite (les Iuifs) de „ grossiers, d' ignorans, de barbares, que parce qu' il „ a intérêt de se le persuader. Mais persuadera-t-il jamais au Public, qu'un peuple dont la douzieme partie

„ tie

maximi factum, nihil sane omnino est cur istud ambigendum veniat. Etenim comperta res

,, tie étoit consacrée à l'étude des Lettres, & à la médi-
,, tion de Livres Saints, doive passer pour grossier, igno-
,, rant & barbare? ,, Quae profecto rectissime asserun-
tur. Immo cum Tertulliano (*Apologetici* cap. XLVII. operum edit. Lutet. Paris. 1685. pag. 36.) lubenter dicerem: *Quis Poetarum, quis Sophistarum, qui non omnino de Prophetarum fonte potaverit? Inde igitur Philosophi sitim ingenii sui rigaverunt*. Neque minus huc apposite venit, quod habet Philo de Vita Mosis lib. III. operum edit. Coloniae Allobrogum 1613. pag. 530. ,, Moris, inquit, fuit
,, certis temporibus, praecipue sabbatis operam dare
,, studio sapientiae, principe doctoris vice fungente, ac
,, docente, quae opus facto, ac dicto essent, reliquis au-
,, dientibus . . . Quae consuetudo a maioribus per ma-
,, nus accepta, ideoque perseverat apud Iudaeos, *tem-*
,, *pus illud dicantes eruditioni, contemplationique rerum*
,, *naturalium*, τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἀναθέντες ἐπιστήμῃ καὶ
,, θεωρίᾳ τῶν περὶ φύσιν. Nam destinata oppidatim sacris
,, precationibus loca, quae Proseuchas vulgus nominat,
,, quid aliud sunt, quam scholae omnium virtutum,
,, quibus divina, humanaque intelliguntur, & corrigun-
,, tur? ,,

Sed quid multis opus est? Veterum hac de re omnia loca indicare longum esset. Itaque mitto de iis dicere. Illa autem a Clar. viro Du Contant de la Molette superius allata verba accipienda nolim, quasi Sacerdotes soli, & Levitae, tantam Hebraicae gentis constituentes partem, eo סופרים sive scribarum munere functi fuerint, quod in libris sacris transcribendis unice versaretur. Equidem existimo, non ad solam Tribum Levi, reliquas inter Tribus dispersam, eiusmodi scribas, vel καλλιγράφους, multosque חכמים sapientes viros, & legis peritissimos, immo

res est, multisque minime dubiis testata mo-
numen-

mo & Prophetas, qui oracula sua litteris manu propria consignabant, & Prophetarum collegia pertinuisse. Quod certe non paucis illustrari exemplis posset. Etenim de Prophetis, si Ieremiam excipiamus & Ezechielem, ceteros quorum exsistunt vaticinia, aut qua ex Tribu fuisse ignoramus, aut ex quavis alia quam ex Levitica originem duxisse certo cognoscimus. De divo etiam Paulo, ut alios praetermittam, satis arbitror compertum cuique fore, ipsum ex Tribu Beniamin ortum, atque a Gamaliele in lege eruditum, divinas praesertim litteras apprime calluisse.

Quae cum ita res sese habeat, ut multa sacrorum librorum commonstrant testimonia; quo demum pacto paucissimos dici in gente Hebraea doctos homines posse, ego nullatenus intelligo. Confer Iacob. Bruckerum, *Histor. Critic. Philosoph.* Tom. I. lib. II. cap. I. pag. 64. seqq.

Plures numero igitur ea in gente exstitere viri docti, & quidem plura Doctorum genera, (Matth. XXIII. 34. = I. ad Corinth. I. 20., in quem postremum locum vid. I. Christoph. Wolfii *Curas Philolog. & Critic. in IV. priores Pauli epistolas*, Tom. III. pag. 310-312) quorum summum rei caput erat religio; ita ut in rerum sacrarum contemplatione studium potissimum ponerent. Veterum praeterea Hebraeorum certa alia fuisse studia, ad quae animos etiam attendebant, vix ac ne vix quidem negari potest. Consule *Les Moeurs des Israélites, par M. Fleury. Bruxelles* 1753. §. XV. XVI. pag. 83. seqq. 98. seqq. = *Lettres de quelques Juifs Allemands & Polonois à M. de Voltaire*, IV. edit. Parisiens. 1776. Tom. II. XIII. *Extrait.* §. I. pag. 368. seqq.

Illud tamen animo est attendendum, multorum horum doctorum sententias, dum ad humani ingenii somnia digressi sint, paucis ante Christi adventum saeculis,

a do-

numentis. Sed haec singula olim explanata a no-

a domestica non parum deflexisse sapientia. Hinc sectae exortae, quae circa nati eiusdem sanctissimi Servatoris tempora Iudaeos in partes pertraxerant. De quibus sectis scriptores evolvendi, quos enumerat I.Christ. Wolfius, *Biblioth. Hebr.* vol.II pag.815. seqq. & vol. IV. pag.331. seqq., quibus addidero eos, qui de Antiquitatibus sacris libros edidere, quosve in suo earumdem *Antiquitatum SS.Thesauro* pluribus voluminibus bonam partem complexus est Cl.Blasius Ugolinus, cuius consulatur eiusdem *Thesauri* vol. XXII. Neque ii omittendi quoque scriptores sunt, qui Origines, & Antiquitates Christianas, ut praestantissimus Mamachius noster in iisdem suis (libro II. cap.I. §. III. pag.200. seq.) vel Historiam Ecclesiasticam illustrarunt, ut noster item Cel.Natalis Alexander, Tillemontius, Guil.Cave, Ioh.Laur.Moshemius, I.Fr.Buddeus, aliique, quos commemorat Iacobus Bruckerus, loc. cit. Tom. II. pag. 712. in notis, ubi maxime commendat Io. Drusii, Nicolai Serrarii & Ios. Scaligeri diligentiam, quorum Meletemata coniunctim edidit, & adiecta *Diatribe de Secta Karraeorum* vulgavit Iacobus Triglandius in *Syntagmate trium scriptorum illustrium de Tribus Iudaeorum sectis*. Delphis 1704. vol. 2. in 4. (Confer laudati Blasiii Ugolini eumd.Thesaurum, vol. XXII. col. CCXIX. seqq.) Quam Diatribem in lucem iterum emisit Io. Christoph.Wolfius in extrema *Notitia Karraeorum ex Mardochaei Karraei recentioris tractatu haurienda*, versione Latina, & notis ab se illustrata, editaque Hamburgi & Lipsiae 1714. in 4., rursumque ab eodem vulgata ibidem an. 1721.in 4., sed quatuor plagulis locupletata, quibus priora sua cogitata tum ab animadversionibus viri cuiusdam docti vindicavit Wolfius ipse, tum novas quasdam de rebus, scriptisque Karraeorum, & speciatim libro Karraitico חזוק אמונה, i.e.*Munimen fidei* inscripto, observationes attulit. Por-

a nobis ſunt (1), ſatis, ut arbitror, diligenter. De

Porro, etſi apud Iudaeos Scribis ſolis ſacros Legis & Prophetarum libros ex inſtituto conſcribendi poteſtas eſſet, ne pro cuiuſque arbitrio, uti animadvertit Sixtus Senenſis noſter, *Bibliothecae Sanct.* lib.II. pag.172. edit. Neapolit. 1742., ac libidine ſcripti depravarentur; ab multis tamen aliis in ſuum uſum deſcriptos pluries fuiſſe, qui ad Scribarum claſſim neutiquam ſpectarent, concedendum certe eſt. Sopherim autem, ſive Scribarum plura exſtitere inter ipſos Iudaeos genera. Unum genus erat eorum, qui Scribae *Populi* (I. Machab. v.42.) ſive *Profani*, appellabantur: hi rurſum in *Superiores* ſive *Regios* diſtinguebantur, & in *Inferiores* ſive *Plebaeios*, de quibus hic dicere nihil iuvat; conſule tamen Io. Saubertum *de Sacerdotio Ebraeorum* cap.XV. in Blaſii Ugolini laudato *Theſauro Antiq.SS.* vol.XII.col. 28. ſeqq., & Io. Gottlieb Carpzovii *Annotata ad Thomae Goodvvini Moſen & Aaronem*, lib. I. cap.VI. §. XII.ſeqq. Alterum eorum genus erat, qui Scribae *Eccleſiaſtici*, ſive *Sacri* nominabantur; quoſque omnes ordini Sacerdotali accenſet idem Saubertus l.c. Hi erant legis Doctores publici, libros Moſis & Prophetarum exponentes, interpretantes, & praelegentes in Templo & in Synagogis; iidemque dubia, ſi qua exoriebantur, ſolvebant; Scripturas denique a corruptelis vindicabant; & Codices ſacros, vel ab amanuenſium, ex quacumque tandem Tribu fuiſſent, incuria, vel quacumque de cauſſa minus emendate tranſcriptos, priſtino nitori reſtituebant. Ut rem denique paucis abſolvam, hi fuere de quibus dicebat Chriſtus (Matth.XXIII.2.) *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribae & Phariſaei &c.* Sed utrique diverſum Doctorum conſtituebant ordinem; ut pluribus oſtendit I. Triglandius, *De Secta Karraeorum* cap.VI. toto, quod vide.

(1) Confer, ſi lubet, eumdem librum noſtrum *Des Titre*

Daniélis Ernesti Iablonskii hac de re sententiam fateor, prima quidem specie, aliquid habere disputationis; legique mereri quae de manuscriptis Codicibus erudite disserit eadem in praefatione ad Biblia Hebraica. Atqui illos ipsos Canones de Codicum aetate definienda ab se constitutos, quid habeant auctoritatis, paucis modo absolvam.

Iablonskius Codicem Hebraeo-Biblicum vult aestimari antiquum, primo ex scripturae elegantia, priscaque simplicitate; deinde ex Masorae, necnon τ̃ Kerì & Chetìbh absentia, aut paucitate; tum ex continua scriptionis serie in Pentateucho, cuius libri non magis quam reliquae sectiones Legis mutuo distinguantur; denique ex emendationum defectu, sive illarum interpolationum criticarum, quibus vetustos Codices Iudaei ipsi ad Masorethicas leges reformare, atque accommodare non una vice aggressi sunt (1).

Atque

„ (Iuifs) ont affectée, nous empêchera toujours de por-
„ ter un jugement décisif. *Dissertation sur les Manuscrits Hébreux ponctués. & les anciennes Editions de la Bible, par M. Etienne Fourmont l'aîné*. Monumentor. Acad. Reg. Paris. Inscription. Tom. XIX. pag. 230. seq.

(1) Haec statuit Praefat. cit. §. 37. Vid. etiam Io. Christ. Wolfium, *Biblioth. Hebr.* vol. II. pag. 326. seq. = Ioh. Got-

Atque ita quidem ſatis rei quam maxime difficili feciſſe ſe putat Iablonskius vetuſtatis Codicum dignoſcendae, certeque definiendae cauſſa. At enim vero, ita comparati mihi videntur hi Canones, ut quis, ſi iiſdem omnino ſtare velit; in illos impingat, neceſſe eſt, ſcopulos, e quibus vix uſquam ſit evaſurus. Quid enim? Vetuſtiores ne libri manuſcripti Hebraici tantummodo commendarent ſeſe tum ſcriptura terſa & nitida, nulloque artificio exarata, & priſcam quamdam redolente ſimplicitatem; tum quia iis in libris, ſive voluminibus, aut nullus erit, aut parcior litterarum ductus, vel maiuſcularum, vel inverſarum, vel ſuſpenſarum, tandem decurtatarum, &, ut aiunt, *punctatarum* (1)? Quid etiam? Num antiquiſſimum ſemper pronun-

Gotthlob Carpzovium, *Critic.S.* part.I.cap.VIII.pag.375. ſeq., quibus dummviris, praeter ceteros, parum omnino aut nihil ſe ſe probarunt eiuſmodi Canones, uti ſupra obſervatum a nobis eſt pag. 241. not.1. & 2.

(1) Queis de ſingulis legenda Io.Buxtorfii *Tyberias* eſt, ſive *Commentarius Maſorethicus*, edit. Baſil. 1665. Hiſtoric. qudem cap.XIV. ſeqq.pag.135. ſeqq. Clavis vero Maſorae, ibid. cap.II. pag.210. ſeqq. = Vid. & Iohannem Leuſdem in *Philologo Hebraeo*, Diſſert. XXII. quae eſt de Maſora part. I. §. 7. = Ioh. Chriſtoph.Wolfium, *Biblioth. Hebr.* vol.II. pag.524. ſeq. & vol.IV. pag.225. ſeq.

nunciabo talem Codicem, ob eam potissimum caussam, quod aut nullis est, aut paucissimis Masorethicis insignitum notis; vel propterea quod variae lectiones τῦ קרי & כתיב (1), quibus plurimum abundant cumprimis Hebraici textus editiones recentiores, rarius eodem in Codice, vel prorsus aberunt, quam in vulgatis, sequiorisque aetatis exemplis manuscriptis? At haec & similia non adeo indubia sunt, atque manifesta verae antiquitatis Codicum vestigia, quo in iis pedem tuto figere possimus (2). Exsistunt etenim non pauci libri manuscripti, & quidem recentissimi, quibus haec vetustatis, criticis quibusdam hominibus tantopere probata, indicia plane pleneque conveniant.

Quod vero de continua scriptionis serie postu-

(1) Τῦ Chetìbh כתיב, hoc est, *Scripti*, notione vox in textu sive voluminis Ms., sive libri impressi Bibliorum Hebraicorum scripta intelligitur. Τὸ vero Kerì קרי, hoc est, *lectum*, quod, brevitatis causa, sola littera ק virgula transversa saepe notatur, indicat vocem *textualem* eo modo esse legendam, quo scribitur in margine. De qua utraque voce me olim disputasse memini in opere *Des Titres primitifs de la Révélation*, tom. II. p. 298-302. not.

(2) Confer Io. Henr. Michaelis *Dissertationem de Codicibus Mss. Biblico-Hebr. maxime Erfurtensibus*, §. IX. pag. 11.

poſtulat Iablonskius, facile ſe conſecuturum, ut plures habeat, qui ſibi aſſentiantur, maxime diffido. Ubi namque tales manuſcriptos libros hodie detegeremus continua ſcriptura exaratos? Vel, ſi exſtiterint, uti reapſe viri docti aliqui ad eos provocarunt (1), anne huiuſce ſcriptionis modus atque ratio, illa ipſa unica erit norma, qua eorumdem librorum aetas recte aeſtimanda veniat?

Legem primitus ſcripſiſſe Moyſem uno tenore, ulla ſine librorum פרשות, ſive ſectionum, capitum, verſuumque diſtinctione, non una eademque doctorum virorum eſt ſententia (2). Etenim ſi Iudaeorum ipſorum (3) teſti-

(1) Vide Ioh. Henric. Hottingeri *Theſaurum Philologicum*, edit. 2. lib. I. cap. II. ſect. III. pag. 99. = Henrici Brencmanni *Hiſtoriam Pandectarum, ſeu fatum Exemplaris Florentini &c.* Traiecti ad Rhen. 1722. lib. II. cap. II. pag. 105.

(2) Vid. in primis Io. Morinum, *Exercitationum Biblicarum* lib. II. edit. Pariſ. 1660. fol. Exercit. XVII. cap. I. pag. 476. ſeqq.

(3) Quam opinionem tuetur Elias Levita, Iudaeus homo, Germanus, non indoctus, ſaeculo XVI. ineunte & medio clarus, ipſamque popularium ſuorum teſtimonio corroborat, Praefatione III. in librum מסורת המסורת i. e. *Traditio Traditionis* inſcriptum, pag. 21. edit. Venetae apud Daniel. Bombergum in 4., cuius haec ſunt verba:

אך אמת הוא שאין בו ספק שואת התורה אשר שם משה לפני

teſtimonio credimus, τὸ ספר תורה, ſive liber Legis adinſtar unius verſus, אחר פסוק · exaratus fuit. Quam tamen ſententiam veluti delirium Kabbaliſticum explodit Buxtorfius (1). At breviori, quo poterimus, modo, rem expendamus. Hac ſane diſquiſitione noſtra ſperamus fore, ut in obſcuriſſimum argumentum facilior, tutiorque praemuniatur aditus.

IV. Equidem ſic eſſe exiſtimandum puto, Moyſem, ceteroſque Scriptores ſacros, eum in ſuis deſcribendis libris morem ſtatim tenuiſſe, quo reliqui Scriptores, aliaeque gen-

לפני בני ישראלי היה ספר פשוט בלי נקוד ובלי טעמים· ובלי סמני סופי פסוקים כאשר אנחנו ראים היום· ולפי דעת בעלי הקבלה כל־התורה פסוק אחד · ויא״ תביה אחת:

„ i.e. Verum autem eſt, neque in eo dubium, ipſam Legem, quam propoſuit Moyſes filiis Iſraelis, fuiſſe librum ſimplicem abſque interpunctione & accentibus, etiam abſque ſignis, finem verſuum notantibus, veluti hodie videmus: immo ex ſententia Kabbaliſtarum fuit tota Lex tanquam unus verſus, aut, ut quidam dicunt, veluti dictio una. „

(1) *In Tiberiade, ſive Commentario Maſſorethico* edit. Baſileae 1665. cap. XI. p. 107. Has in partes concedunt Iohan. Leuſdem, *Philologi Hebraei* diſſert. III. pag. 24. ſeqq. edit. 5. Baſil. 1739., Io. Gottlob Carpzovius, *Criticae ſacrae* part. I. cap. III. §. V. pag. 114. ſeqq. & cap. IV. §. II. pag. 153. ſeqq. aliique.

tes, uti Phoenices, Babylonii, Aſſyrii, Chaldaei, Medi, Perſae, Aegyptii, Aethiopes, Syro-Macedones, Arabes, Graeci denique & Latini litteris conſignarunt, quae monumentis mandare voluere. Enim vero iiſdem cum populis aut belli, aut pacis, aut foederis, aut commercii Hebraeis, etſi religione a ceteris populis ſegregati ſibi viverent, negotia multum interceſsiſſe, ſacrae teſtantur paginae (1).

Atque a quibuſcumque temporibus capiatur litterarum exordium; ego ſane ab ultimis cenſeo: qua de quaeſtione tot viri docti diſputarunt (2): quaecumque tandem fue-

(1) Plura ad hoc pertinentia lege in illuſtriſſimi Boſſuetii *Diſcours ſur l'Hiſtoire univerſelle*. Confer etiam Humphredum Prideaux, *Hiſtoire des Juifs & des Peuples voiſins*; ut reliquos omittam.

(2) Legeſis quos hanc in rem adduximus Auctores bene plures, qui de prima ſcribendi origine, & omni antiquitate litteraria tractatus ediderunt, in opere, cui titulus: *Recherches ſur l'Epoque de l'Equitation*, part. I. pag. 206. ſeq. not. Quibus adiungere iuvat C. H. Trotzii notas in Herman. Hugonem *De prima ſcribendi origine*. Traiecti ad Rhen. 1738. cap. II. p. 13. = *Eſſai ſur les Hieroglyphes des Egyptiens, traduit de l'Anglois de Warburthon*, tom. I. part. I. pag. 3. ſeqq., & part. II. paſſim. = Iac. Bruckerum, *Hiſtor. Critic. Philoſoph.* lib. II. cap. VI. pag. 234 ſeq. cap. VII. pag. 256. ſeqq. = Edmund. Chiſullium, *An-*

fuerit antiquitus rationis scribendi diversitas, I. a dextra ad laevam in latum; II. a laeva

Antiquit. Asiatic. §.xv. pag.27. seq. = Daniel. Eberhard. Baringium in *Clavi Diplomatic.* Hanoverae 1722. praefat. pag.4. not.b. = Gregor. Placentinium, *Epitomes Graecae Paleographiae &c.* Romae 1735. cap.I. II. & III. p.1. seqq. = Alexium Symmachum Mazzochium, *Commentar. in Regii Herculanens. Musei Aeneas Tabulas.* Neapoli 1754. part.I. pag. 120. seq. = Iohan. Bapt. Bianconi *De antiquis litteris Hebraeorum & Graecorum libellum*, edit. I. Bononiens. 1748. pag. 45. seqq. 59. seqq. 67. seqq. editionis vero II. ibidem, curis novis anno 1768. a Cl. Auctore factae, pag.39. seqq. 51. seqq. 57. seqq. = Francisc. Anton. Gorii *dissertationem de Tyrrhenorum origine &c.* quae exst. tom. II. Musei Etrusci eiusdem Gorii, pag. XXXIII. seq. = Et quae nosmetipsi quondam rursum disputavimus, *Des Titres primitifs de la Révélation*, tom. I. pag. 174. seqq. in not. Vide etiam quae habet Scipio Maffeius, *Artis Criticae Lapidariae*, quae exstant ex eiusdem autographo ab eruditissimo viro, numquam sine honoris causa nominando, Ioanne Seguierio Nemausensi, cuique iamdiu pluribus nominibus obstringor, fideliter descripta, lib. III. cap. I. can. II. in *Nov. Supplemento ad Nov. Thesaur. vet. Inscript. Cl. Ludov. Muratorii*, ab Sebast. Donato Lucensi Presbytero in lucem emisso, col. 64. seqq.

Sed inter eos, qui in eodem argumento, quod sane ad communes gentium origines maxime illustrandas plurimum confert, uti infra declarabitur, uberrime & accurate versati sunt, non praetermittendi doctissimi Scriptores Novi Tractatus Artis Diplomaticae, sive *Nouveau Traité de Diplomatique, par deux Religieux Benedictins*. *Paris* 1750. tom. I. part. II. sect. II. cap. I. seqq. pag, 558. seqq. tom. II. part. II. sect. III. cap. I. seqq. pag. 8. seqq. & Cl·

va ad dexteram item in latum ; III. a laeva quoque ad dexteram , & rursum contra per versus ; IV. a summo sinistro latere chartae in imum versus dexteram sine regressu : quicumque , inquam , varii (1) exstiterint modi,

& Cl. Vir , nobisque amicissimus D. Court de Gebelin , *Monde primitif, ou Origine du Langage & de l'Ecriture . Paris* 1776. in 4. sect. II. cap. I. seqq. pag. 391. seqq.

Consulendum denique puto eruditissimum P. Hieremiam a Bennettis , Capuccinum , qui de Scripturae diversas apud gentes origine , progressu , materia , forma , litterarumque diversis sub aetatibus , diversis fatis , speciebus, mutationibus, significationibus, compendiis &c., copiosissime disputat, atque in iis Scriptoribus numerandis , qui eiusdem argumenti ornandi onus suscepere , nihil diligentiae praetermisit in singularis eruditionis opere inscripto : *Chronologia & Critica Historiae profanae & sacrae in Tomos VI. tributa ; ubi de veterum populorum & urbium mensibus , annis , periodis , cyclis , & epochis . Miscellanea item multa de variarum gentium , ubique originibus , antiquitatibus , transmigrationibus &c.* part. I. tom. I. Romae 1766. Prolegomen. I. pag. 1. seqq. Quod quidem copiosissimum atque diligentissimum opus, hactenus sex tomis prioribus comprehensum , utinam suis omnibus numeris absolutum ad finem perduxisset Auctor , non multis ab hinc annis , litterarum damno , morte praeventus.

(1) Confer Iosephi Bimardi de la Bastie *Notas ad Marmor scriptura Graeca , quae* ΒΟΥΣΤΡΟΦΗΔΟΝ *vocabatur, insigne* ; in Dissertatione eiusd. I. *Novo Thesauro Veterum Inscriptionum &c. Ant. Lud. Muratori* , Mediolani 1739. tom. I. praemissa , col. 35. seqq. = Herman. Hugonem , De

di, quibus gentes, primaeva aetatum antiquitate, saeculisque insequentibus, in lateribus, in saxis, aut lapidibus, in plumbaeis tabulis, aliisque durioribus metallis, in pellibus, in papyris, in pergamenis, sive membranis, in charta, sive bombycina, sive linea, aliisque materiebus (1), inventa sua,

R 3 leges,

De prima scribendi origine. Antuerp. 1617. cap. VIII. p. 76-83. = Et Trotzii adnotationes in eadem loca huiusce libri Hermanni Hugonis, edit. Ultraiectens. 1738. pag. 58. seqq. = P. Hierem. a Bennettis, loc. ante cit. pag. 42. seqq.

(1) Insignis hanc in rem est Plinii locus, qui hic dedescribatur, etsi parum longior. „Priusquam tamen, „*inquit ille*, digrediamur ab Aegypto, & papyri natu„ra dicetur, cum chartae usu maxime humanitas vitae „constet & memoria. Et hanc Alexandri Magni victo„ria repertam, auctor est M. Varro, condita in Aegy„pto Alexandria. Antea non fuisse chartarum usum: in „palmarum foliis primo scriptitatum: deinde quarum„dam arborum libris. Postea publica monumenta plum„bleis voluminibus; mox & privata linteis confici coe„pta, aut ceris. Pugillarium enim usum fuisse etiam „ante Troiana tempora invenimus apud Homerum. „Illo vero prodente, ne terra quidem ipsa, quae nunc „Aegyptus, intelligitur: (cum in Sebennytico sal„tem eius nomo nonnisi charta nascatur:) postea „adaggerata Nilo. Siquidem a Pharo insula, quae nunc „Alexandriae ponte iungitur, noctis dieique velifico na„vigii cursu terram fuisse prodit. Mox aemulatione cir„ca Bibliothecas regum Ptolemaei & Eumenis, suppri„mente chartas Ptolemaeo, idem Varro membranas Per„gami tradidit repertas. Postea promiscue patuit usus

„rei,

leges, disciplinarumque cum humanarum, tum divinarum monumenta memoriae tradiderint,

„ rei, qua constat immortalitas hominum. „ Haec Plinius, *Naturalis Historiae* lib.XIII. cap.XXI.ed.Paris.1723. tom. II. pag. 689. seq. Vid. & notas Ioannis Harduini in eumdem.

Quae vero ad varias Chartarum, Tabularum &c. species, quibus antiqui ad scriptionem utebantur, attinet, consulendi sunt Guidus Pancirolus, Claudius Salmasius, Gerard. Ioan. Vossius, Leo Allatius, & Scriptores, quos pag. 260. not. 2. indicavimus; quibus addantur Io. Alb. Fabricius, *Biblioth. Graecae* vol.I. cap.XI. pag.73. seqq. = Bern. de Montfaucon, *Palaeograph. Graec.* lib.I. cap.II. pag. 13. seqq. = Ioannes Mabillon, *De Re Diplomatica* lib.I. cap. VIII. pag.31. seqq. = Burchard. Gotthelffius Struvius, *Dissertatio de Criteriis Manuscriptorum* §. III. pag. 79. seqq. in Baringii *Clavi Diplomatica*. = Cl. Comes de Caylus, *Dissertation sur le Papyrus. Mémoires de Littérature de l'Acad. R. des Inscript. & Belles Lettres*, tom. XXVI. pag.267. editionis Paris. in 4. = Godofredus Von Bessel, Abbas Gottvvicensis, in praestantissimo opere inscripto: *Chronicon Gottvvicense, typis Monasterii Tegernseensis Ord. S. Bened.* 1732. tom.I. lib. V. pag. 8. seqq. = Scipio Maffeius, *Istoria Diplomatica. Mantova* 1727. lib.II. §.II. pag.54. = Ioannes Lamius, *De eruditione Apostolorum*, cap. XVI. §.IV. seqq. pag.702. seqq. edit.II. Florent. 1766. = Iustus Fontaninus, *Vindiciae Diplomatum*, lib.I. cap. III. edit. 1705. pag. 29. seqq. = Ioan. Chrysostom. Trombellus, *Arte di conoscere l'età de' Codici Latini, e Italiani*, *Bologna* 1756. in 4. capp. II - X. pag. 2 - 56. = Iacobus Martorellus, *De Regia Theca Calamaria*. Neapoli 1756. tom. I. cap. III. IV. & V. pag. 26. seqq. 48. seqq. 79. seqq. = C. H. Trotzius, notas in cap. X. Herm. Hugonis

derint, nihil hactenus video, quod Iablonskii sententiae suffragetur.

Quae res, ut magis explorate cognita est cuique, & perspecta posit; ad illam interpungendarum vocum rationem, quam usurpare antiquiori memoria veteres consuevissent, animum paulisper conferamus, oportet. Atque hoc sane modo ad Danielis Ernesti Iablonskii Canonem tertium, de quo ante memini, rectius aestimandum, viam nobis muniemus.

Veteres punctis aut verba diiunxisse, aut continuam dictionem quasi intervallis, quandoque minutissimis, vel plus minusve satis, tametsi non semper discrevisse, multa sunt quae efficiant. Quod quidem in tanta vetustate non rerum modo, sed etiam immani monumentorum iactura, atque penuria demonstrare non omnino operosum est. At vero, ne nimius sim quam oporteat, paucissima adducam. Quod si autem aliquot monumenta prolaturus sum, quae ampliori indi-

R 4 gere

gois de *prima scribendi origine*, pag. 76. seq. 82. seq. 87. seqq. = Hieremias a Bennettis, loc. cit. part. I. tom. I. §. XXII. seqq. pag. 59. seqq. qui, ut solet, ad Scriptores magna provocat copia, hoc argumentum illustrantes.

gere videantur illuſtratione ; id totum ad adnotationes, ut fere mos meus eſt, in extrema paginarum ora poſitas remittam. Atque ita fiet, ut notatu digniora facilius, liberiuſque perſequar; remque harum litterarum cupidis non prorſus ingratam foro ſpero.

Inter vetuſtiſſima illa monumenta, quae aetatem tulere, ſi Aegyptiaca excipiamus (1) ea, inquam, monumenta hactenus detecta & multo plura adhuc nobis incognita, quae iamdiu cecidere, fortaſſiſque renaſcentur (2); emi-

(1) Aegyptiaca monumenta multa ſunt, & quidem veterrimi aevi. At certe oedipo coniectore opus eſſe arbitror, quo Hieroglyphicae ſcriptionis vera ratio aliquatenus percipiatur. Aliquem autem interpungendarum vocum modum Aegyptios veteres ignoraſſe, prorſus repugno, neque umquam concedam.

(2) Si doctiſſimum Michaelem Fourmontium audimus, fateamur, neceſſe eſt, monumenta etiam dari Tabulis ipſis Eugubinis vetuſtiora, uti animadvertunt Cl. Benedictini, auctores novi Tractatus Artis Diplomaticae, modo allegandi; a qua ſententia ipſi quoque non recedere videntur. = M. l' Abbé Fourmont, *inquiunt*, „ qui dans ſon voyage entrepris par les ordres du Roi, „ avoit ramaſſé les précieux reſtes du premier âge de la „ Grece, donne à quelques-uns plus de mille ans avant „ l'Ere Chrétienne, ſans pour cela les mettre à la tête „ de tout ce qu'il avoit découvert de plus ancien. Peut- „ être en effet que l'Inſcription, (*de qua infra eridi-* „ *en-*

eminere videntur celebres ſeptem TABULAE EUGUBINAE(1), quibus argumento huic noſtro non

„ *cendi locus*) qui va nous ſervir de premier modele „ d'Ecriture, allant de droite à gauche, & de gauche „ à droite, égale ou ſurpaſſe en antiquité les fameuſes „ Tables d'Eugubio, que l'on croit antérieures de deux „ générations au ſiege de Troie. Elle a été déterrée ſous „ les ruines d'un temple d'Apollon de l'ancienne ville „ d'Amycles, bâtie dans la Laconie par les fils de Lacé„ démon, environ quatorze cent ans avant la Naiſſance „ du Sauveur. „ *Nouveau Traité de Diplomatique*, tom. I. part. II. ſect. II. ch. x. pag. 615. ſeq. Confer eiuſdem Fourmontii *Remarques ſur trois Inſcriptions trouvées dans la Gréce. Memoires de Littérat. de l'Acad. R. des Inſcriptions &c.* tom. XV. pag. 395. ſeq. = *Hiſtoire de la même Académie*, tom. XVI. pag. 101. ſeq. edit. in 4. = Cl. Comitem de Caylus, *Recueil d'Antiquités Egyptiennes, Etruſques, Grecques & Romaines*, tom. I. pag. 59-64. & tabula XX. Adeas tamen Cl. Alexii Symmachi Mazochii *Prodromum ad Heraclea Pſephiſmata*, diatrib. III. cap. I. *Commentar.* eiuſdem *in Tabulas Heracleenſ.* part. I. pag. 126. not. 12.

(1) Quae Tabulae laminis conflatae aheneis, ad firmitatem malleatis, ſeptem, ut aiebam, ſunt numero. Harum quinque utroque latere, reliquae vero duae uno dumtaxat ſcripturam exhibent; ita ut paginas duodecim ſimul omnes conſtituant. Si Paſſerio fides, qui ex emptionis inſtrumento rem nos edocet, anno 1456., non autem 1444., ut ſcribunt Lud. Bourguetius poſt Conciolum, Cl. Amadutius, aliique, in agro Eugubino repertae fuere; a quo circiter tempore in ſecretiore eiuſd. civitatis Tabulario repoſitae, etiamnum diligentiſſime adſervantur.

Ha-

non parum lucis affunditur. Harum duae omnium ampliores, Pelasgicis, sive Latinis, a fini-

Harum porro Tabularum Eugubinarum exempla producuntur integra apud Dempsterum, *De Etruria Regali*, tom.I.p.91., & in eiusdem Cl.viri Iohan.Passerii *Paralipomenis* ad laudati *Dempsteri libros de Etruria Regali*, Lucae editis 1767. fol., ubi Tabulae singulae, sed variato earum ordine, qui in Dempstero est, notis eruditis illustrantur pag. 241. seqq. Vide eiusdem Epistolas Roncalienses, italice conscriptas, quibusque in Tabularum argumentum prima sua tentamina proposuerat, praesertim *Lettere* XIII.XIV.XV. & XVI., Collectionis, sive *della Raccolta d'Opuscoli scientifici del P. Angiolo Calogiera* tom. XXII.pag.351. seqq., tom. XXIII. pag.293. seqq., tom. XXVI. pag.237. seqq. Conferenda sunt Ant. Francisci Gorii Prolegomena ad suum *Museum Etruscum*, tomis tribus in fol. Florentiae 1737-1743. typis impressum; in cuius Musei tom. I. pag. LV. seqq. Tabulam Eugubinam apud Dempsterum ordine secundam, suis commentariis exornat doctissimus Gorius. Quam Tabulam quoque ex Passerii indicatis Paralipomenis & cum eiusdem notis iterum protulit, at litteris Etruscis, D.Ioh.Christ.Amaduzius in suo *Alphabeto Veterum Etruscorum, secundis curis* ab se *inlustrato & aucto*, pag.LVII. seqq., & quidem auspiciis Clarissimi Praesulis Stephani Borgiae, a Secretis S.Congr.de Propag.Fide, bonarum litterarum cultoris & fautoris singularis, Romae edito 1775. fol., & adnexo Veteri Oscorum Alphabeto, eodem doctissimo Praesule auspice atque patrono, in lucem iisd.typis emisso, anno 1774. hoc titulo: *Linguae Oscae Specimen singulare, quod superest Nolae in marmore Musei Seminarii cum adnotationibus Ioh.Bapt.Passerii Pisaurensis, Nobilis Eugubini, ac socii Regiarum Academiarum Londinensis, Olo-*

a ſiniſtra dextrorſum exaratae; quinque vero Etruſcis, ſive antiquis Graecis inverſis, a dexte-

Olomucenſis, *&c.* pagg.xx. Quod quidem utrumque opuſculum eiuſdem Cl. Praeſulis beneficio acceptum refero.

Et quoniam huius novi Speciminis, quod primum inter Gorii Symbolas litterarias, Liburni anno 1752. editas, tom. I. prodierat, deinceps vero cum anonymi Veneti animadverſionibus, & in illas auctoris Apologetico, adiectis Ioh. Stephani Remondini, Religionis Somaſchae, quibuſdam notis eruditis lucem adſpexit Ianuae an. 1760., mentionem inieci; non alienum eſſe videtur de hoc ipſo marmore, inſcriptione Oſca inſignito, & Latinis notis ab Paſſerio expoſito atque illuſtrato, quidpiam eodem Cl. Viro facem praeferente, delibare.

Poſt Tabulas Eugubinas, quae antiquitate multum ſeſe commendant, ut modo dicetur, nihil prorſus eſſe ſtatuit Cl. Paſſerius, quod illis prae dignitate ſuccedat, niſi hoc unum Oſcae linguae monumentum. Inter rudera veteris civitatis Abellae in Campania, haud longe ab urbe Nola, diu iacuit lapis iſte; indeque fere ineunte ſaeculo detractus, demum Nolam adſportatus, in Muſeo Seminarii collocatus eſt, ſervandus & conſpiciendus, etſi magna ex parte detritus, & lacunis undique ſcatens. Formam exhibet ingentis cippi antrorſum & retrorſum inſcripti, qua in inſcriptione agitur de *finibus regundis* inter eoſdem Abellanos & Nolanos, praeſide quodam Tancino pro parte Abellanorum, qui deducta certa linea ab Herculis Sacello, adſignataque utrique parti quadam territorii portione, titulum hunc in ipſa linea diviſoria poſuit.

Iam vero, quod ad argumentum noſtrum apprime facit, iſtud eſt videlicet: lapis litteris maioribus, pluſquam uncialibus, ad formam Latinarum maxime acceden-

dextera quidem finiſtrorſum ſcalptae ſunt litteris. Quod poſterius ſcribendi genus primum

dentibus, ſed origine Etruſcis, & ſane a dextra finiſtrorſum exaratis, inſcribitur. Quemadmodum autem vetuſtiſſimae inſcriptiones Latinae, cuius quidem rei exempla exſtant permulta, ita Oſci inſcripti monumenti verba ſingula punctis diſcreta ſunt.

Sed redeo ad Eugubinorum Tabulas. Praetermittendum non eſt, quod de earum aetate, quae ſane eſt ſumma, contendunt viri eruditiſſimi; illae nimirum, quae litteras Etruſcas referunt, Troianum bellum duabus aetatibus excedere exiſtimantur, uti adnotatione ſuperiori obſervavimus. Alterae duae Latinis deſcriptae litteris, quarum dialectus longe diverſa eſt, & ad Latinam non nihil accedit, uti cenſet Cl. Paſſerius, *Paralipomen. in Dempſter.* loc. cit. pag. 246., ſequiorem produnt aetatem, licet veterrimam. Confer quae de iiſdem, ceteriſque Etruſce exaratis, & earum maxima antiquitate diſputat Gorius ipſe tom. I. loc. ante cit. p. XLVII., ubi ad duas alias Tabulas Etruſcas, vetuſtate quoque inſignes, ab Eugubinis plane diverſas provocat, alteram in primis perbrevem quidem, & votivam ab Sponio in *Miſcellaneis Eruditae antiquitatis*, ſect. III. num. XXXIII. pag. 87. edit. Lugdun. 1685., antea in lucem emiſſam.

Qua etiam de re conſuli poſſunt Senatoris Philippi Bonarotii *ad Monumenta Etruſca, operi Dempſter. addita, explicationes & coniecturae*, in extremo tomo II. eiuſd. operis Dempſteri *De Etruria Regali*, cura Thomae Coke editi Florentiae 1727. §. XLVII. pag. 101. ſeq.

Mitto quae Cl. Praeſul Marius Guarnaccius, quae Hannibal de Abbatibus Oliverius, Felix Ciattus, illuſtris Fontaninus, quae Comes de Caylus, Eques Hamilthon, Ludovicus Bourguetius, Scipio Maffeius, quae Socii

mum omnium fuisse, vero est quam simillimum (1). Voces Tabularum singulae, quae Etru-

Socii Cortonensis Academiae, quae denique Iohannes Baptista Passerius, harum rerum peritissimus, praeclaris suis in *Paralipomenis*, ante indicatis, aliique non pauci litteratissimi viri de his Tabulis, similibusque Etruscis monumentis extremae & proximae vetustatis doctissime iam adnotarunt. Legenda omnino Ioh. Christoph. Amadutii praefatio est, sane quam erudita, in *Alphabetum Vet. Etruscorum & nonnulla eorum monumenta*. *Romae* 1771. in 8., tum altera eiusdem Alphabeti editio superius allata, quo in opusculo scriptores bene multi recensentur, qui operam suam, atque studium in res Etruscas contulerunt.

(1) An Alphabeticum scribendi genus a dextra sinistrorsum, Hebraeis, Assyriis, Phoenicibus, Samaritanis, Syris, Arabis, Persis, aliisque Orientis Populis commune, immo & Aegyptiis, ut testis est Herodotus, *Historiarum* libro II. cap. XXXVI. pag. 103. edit. Londin. 1679., omnium primum fuerit, nec ne? viris doctis disquirendum relinquimus; tametsi vero simillimum esse paullo ante observaverimus. Eamdem quoque scripturae rationem in antiquis Gothorum saxis adnotavit antiquitatis patriae restaurator Olaus Wormius.

Quem morem profecto lectionem ita incipiendi non Gentibus Orientis tantum, sed etiam Etruscis, & antiquissimis Graecis, immo & remotissima memoria Italicis quoque urbibus usu venisse, perspicue ostensum a Cl. Gorio est suis in Vindiciis Alphabeti Etrusci. Consule eiusd. *Symbolas litterarias*, Florentiae editas an. 1748. vol. I. pag. II. seq. Quodque praeterea egregie commonstrant numi plurimi magnae Graeciae & Siciliae, inverso ordine inscripti a dextera ad sinistram, Orientalium more & an-

Etruſcum characterem referunt, ab ſe invicem duobus divelluntur punctis; eodemque

& antiquiorum Graecorum, ut ex Pauſania conſtat, quoſque protulerunt Golzius, Paruta, aliique. Confer Paſſerii ***Paralipomena in Dempſteri libros de Etrur. Regali***, pag. 246.

Id cum ex ſummae antiquitatis monumentis evidentiſſime eruatur, nihil prohibet quin Cl. Bianconi, Hebraeos lectionem a ſiniſtra dextrorſum, uti & nos ſolemus, quondam ſcripſiſſe, ſingularem opinionem tanquam παράδοξον reiiciamus. Confer eiuſd. libellum ***De antiquis litteris Hebraeorum & Graecorum***, edit. I. pag. 29. ſeq. edit. II. pag. 25. ſeq. = Vid. & P. Pauli Mariae Ogerii Carmelitae eruditam commentationem, inſcriptam: ***Graeca & Latina lingua Hebraizantes***, *ſeu de Graecae & Latinae linguae cum Hebraica affinitate libellus, cui accedit brevis Tractatus de linguae Italicae Hebraiſmis. Venetis* 1764. in 8. cap. IV. pag. 62.; quo loco poſt Nauclerum gratis aſſeritur Eſdram modum ſcribendi a dextra in ſiniſtram tradidiſſe Iudaeis, cum prius ad modum Bouſtrophedum, ſive Boum arantium ſcriberent. (Confer Gerard. Io. Voſſii *Ariſtarchum, ſive de Arte Grammat.* lib. I. cap. XXXIV. = Edmund. Chishullium in *Antiquitatibus Aſiatic.* §. XVI.) Noſque ad Siclum quemdam Samariticum a Biancono indicatum provocat doctus Ogerius, quem ſibi praeſidio maxime eſſe exiſtimat poſſe. Eumdem Siclum iam protulerat I. Harduinus in ſua ***Expoſitione de duobus numis Samaritanis***. (Vid. eiuſd. notas ad Plinii librum VII. edit. Pariſ. 1723. tom. I. pag. 432. = Blaſii Vgolini *Theſaurum Antiquit. Sacr.* tom. XXVIII. col. MLXV. ſeq.) At, praeterquam quod huiuſce opinationis probationem, quae ſit alicuius momenti, omnino afferat nullam Bianconus ipſe, vir alioqui non vulgariter doctus,

que plane modo, quo in eximiae vetustatis monumento altero, cumprimis Βυστροφηδὸν (1)

exa-

ctus, lectionem eo in numo Samaratico, cuius adversa facies, ignotis, ut videtur, characteribus exarata est, quibus tamen Simonis Machabaei nomen & principatus continentur, sibi fingit, atque tuetur, quae numquam fuit; quaeque aliunde Hebraicae linguae genio adversatur. Quod nervose demonstravit Vir Clariss. & praestantissimus Franciscus Perezius Bayerus, Archidiaconus Valentinus, Ser. Hisp. Infantum Caroli III. Regis filiorum institutor primarius, vere egregio in opere *De Numis Hebraeo-Samaritanis*, splendidissimis typis in lucem emisso Valentiæ Edetanorum 1781. cap. VII. pag. 165. seqq.

Antiquissimum vero fuisse hunc scribendi modum, plura sunt quæ ostendant: qua de re ad Auctores nostris in adnotationibus indicatos amandamus, qui de prima scribendi origine differuerunt. Vid. interim Samuel. Bochartum, *Geograph. Sacr.* lib. I. cap. XX. = Ezechiel. Spanhemium, *De praestantia & usu Numismatum Dissertat.* II. pag. 109. seq. edit. Londin. 1706. = I. Alb. Fabricium, *Biblioth. Graec.* vol. I. lib. I. cap. XXVII. pag. 159. seqq. = Scipion. Maffeium, *Artis Lapidariae* lib. III. cap. I. can. II. loc. supra cit. col. 64. = Bimard. de la Bastie, loco ante citat. *Nov. Thesaur.* Lud. ant. Muratorii tom. I. col. 35. = Cl. Vir. Banier, *La Mythologie & les Fables expliquées par l' Histoire*, edit, Paris. 1740. in 4. tom. III. lib. I. cap. VIII. pag. 71. & 72.

(1) De hac Scriptura βουστροφηδὸν dicta (voce deducta ex Βȣς & Στροφὴ, *Bos* nempe, & *Conversio*, aut *Versura*) cum a dextra ad laevam, deinde a laeva ad dextram sinistrorsum, & sic deinceps alternatim exarata, tum a laeva dextrorsum, posthac a dextra ad laevam &c. uti in Sigeo Lapide observandum venit, illam sic nuncu-

pari

exarato, cuiusque mentionem modo faciemus. Tabulae autem Latinis descriptae litteris, unico diiunguntur puncto.

An

pari, propterea quod Boum in arando versuras imitatur, Hesychio teste in *Lexico*, edit. Lugdun. Batav. 1746. tom. I. col. 75. seqq. Vid. & not. n. 27. ibid. subiunctam. Adeas quoque Ezech. Spanhemium, loc. cit. pag. 101. = Ioh. Bouhierium, Senatus Divionensis praesidem, *De priscis Graecorum & Latinorum Litteris* eruditissime differentem in extrema Bern. de Montfaucon *Palaeographia Graeca* pag. 554. = Samuelem Shuckford, *Histoire du monde sacrée & profane*, tom. I. libr. IV. pag. 253. = P. Hieremiam a Bennettis, *Chronolog. & Critica Hist prof. & sacr.* part. I. tom. I. prolegomen. I. §. XXIV. pag. 42. seq. Consulendi denique sunt, si lubet, auctores ceteri, quorum iisdem in notis praeced. iam facta mentio est.

Veterrimi huius Boustrophedi scribendi generis, nonnullis in Graecis inscriptionibus certissima supersunt vestigia, secus quam asserit doct. Gregorius Placentinius, in *Epitome Palaeographiae Graecae*, cap. I. pag. 3. Eoque modo Solonem ipsum leges suas conscripsisse ferunt, uti tradunt gravissimi Scriptores. Vid. in primis Suidam in *Lexico*, tom. II. editionis a Ludolpho Kustero curatae, Cantabrigiae 1705. pag. 674. De quibus monumentis ab eruditis viris illustratis, confer praesertim *Mémoires de Littérature de l'Acad. des inscriptions*, tom. XV. pag. 398. seq. = *Histoire de la même Académie*, tom. XVI. pag. 101. seq. = *Mémoires*, tom. XXIII. pag. 421. seq. = *Nouveau Traité de Diplomatique*, tom. I. part. II. Sect. II. cap. IX. pag. 615. seqq. & cap. X. pag. 625. seqq. Quae singula, praeter Sigeum lapidem, de quo infra erit sermo, recenset, atque commentatur doct. Vir Court de Gebelin, loc. cit. *Origine du Langage*, libr. V. pag. 471. — 478. tabulis IX. X. & XI.

Quod

An vero Eugubinae Tabulae sint illae ipsae Archetypae, ut vult Cl. Gorius, neque id sine ratione (1) plerique doctissimi viri asserunt, secus atque nonnulli minus recte opinantur; ad rem parum aut nihil confert nostram.

S

Quod autem Cl. Bernardus de Montfaucon, *Palaeograph. Graec.* lib. II. cap. I. pag. 118. nulla, ea etiam aetate, extare vetera Inscriptionum monumenta *Boviversim* conscripta dixerit, id facile intelligo. Namque virum summum latuerant inscripta illa marmora Graeca sic exarata, quaeque progrediente hoc nostro saeculo eruditi viri Chishullius & Fourmontius cumprimis postmodum publicavere. At sane est nonnihil mirandum quid sit, quod, veluti paullo ante animadvertimus, D. Placentinius, antiquariae rei alioquin egregius illustrator, in eam Montfauconi sententiam concesserit, ut similia monumenta ne superesse quidem pugnaret; ille ipse, inquam, qui inscriptionis Sigeae, *βυςροφηδὸν* scriptae, typum, uti Chishullius in editione suarum *Antiquitatum Asiaticarum* dederat, exhibuit pag. XI. praefationis ad *Epitomen* mox indicatam *Palaeegraphiae graecae*. Sed haec monuisse sufficiat.

(1) Atque eos esse Scriptores, aliosque hoc loco indicandos non censeo, quorum ego superius, pag. 265. seqq. in not. praesertim mentionem feci, quique hoc argumentum illustrarunt. Adisis tamen Gorii ipsius Prolegomena, *Musei Etrusci* tom. I. pag. XLVII. = Eiusdem *Difesa dell'Alfabeto degl'antichi Toscani*. *Firenze* 1741. in 8. passim = *Scipione Maffei*, *Osservazioni letterarie*, Tom. VI. §. IX. pag. 85. — 98. — Eiusd. *Storia Diplomatica*, §. IV. pag. II. = *Bibliothèque Italique* tom. XIV. pag. 1. seqq. — tom. XVIII. pag. 43. seqq. Mitto Cl. Passerium cumprimis. Cet.

ſtram. Qui ipſas Tabulas Archetypas nolunt, eaſdem ſaltem veluti Apographas, atque ad Prototypas fideliter expreſſas non negant (1). Immo vero haud ullo modo nos movere debet quorumdam opinio, qui eas tanquam adulterinas inſimularint. Ita ſcilicet qui de Eugubinis Tabulis ſiniſtre ſic ſentiunt, eſſe omnino reſpondendum exiſtimant. Sed nae illi vehementer errant, ut qui aut ſola negandi licentia, aut leviſſimis ducti coniectationibus ſuam tueantur opinationem.

Neque magis a ſententia deterreor viros inter doctos diſſenſione, ad quam linguam pertineant & Tabulae & illa ipſa ſcriptura iiſdem in Eugubinis inſcriptis monumentis, litteris praeſertim Thuſcis expreſſa, multum diſputantes (2). Aliis namque, ut Maffeio (3) placet, Hebraicam magis originem, quam Graecam in eis agnoſcentibus; aliis contra, uti

(1) Vide *Nouveau Traité de Diplomatique*, tom. II. part. II. cap. X. art. III. pag. 515.

(2) Adeundus Cl. Auctor libri inſcripti: *Iſtituzione Antiquaria-Numiſmatica*, edit. Roman. 1772. lib. II. cap. X. pag. 155. ſeqq., cuius quidem hac de re ſententiam infra breviter explicabo.

(3) Conſule eiuſdem *Oſſervazioni Letterarie*, tom. 5. pag. 326. ſeqq. & tomo 6. pag. 40. ſeqq. = *Bibliothèque Italique* tom. III. pag. 16. ſeqq.

uti Bonarotius (1), Bourguetius (2) volunt Goriusque (3), ut mittam ceteros, Grae-
S 2 cam;

(1) Confer eumd. Maffeium, loc. cit. tom. v. pag. 326. seqq. = Cl. Bonarotii *ad Monumenta Etrusca. Operi Dempsteriano addita Explicationes* &c. §. XII. pag. 85. in extremo tomo II. eiusd. Operis Dempsteri *de Etruria Regali*.

(2) Consule eumd. Maffeium, loc. cit. tom. v. = Ludovicum Bourguetium, *Dissertazione sopra l' Alfabeto Etrusco*, inter Dissertationes italice conscriptas Monumentorum Academiae Cortonensis, tom. I. pag. I. seqq. = Eamdem vero, sed auctiorem hoc titulo: *Lettres sur l' Alphabet Etrusque, par M. Louis Bourguet, Bibliothéque Italique*, tom. XVIII. pag. I. seqq. Legenda quoque est Cl. P. Pauli Mariae Ogerii erudita Dissertatio, cui titulus: *Graeca & Latina Lingua Hebraizantes*, &c. cap. X. pag. 144. seqq.

(3) Vide eiusdem *Prolegomena ad Tabulam Eugubinam, Musei Etrusci* tom. I. pag. XLIII. seqq. = Eiusd. Dissertat. v. *De Prisca Thuscorum Scriptura* &c. laudati Musei tom. II. pag. 405. seqq.

Nolo silentio hic praeterire quae loc. cit. pag. LIII. Prolegomenorum docet Cl. Gorius. " Ex his, inquit, Tabulis tum Etruscis, tum Pelasgicis observare etiam non sine voluptate possumus, latinae linguae incunabula, quae non solum Graecae linguae, verum etiam Pelasgicae & Etruscae ortum suum atque augmentum maxime debet, adeo ut horum quoque idiomatum dialectus censeri debeat ".

Adeas etiam ipsummet Gorium, *Storia Antiquaria Etrusca* pag. 135., veteri linguae Etruscae contra Maffeium originem adserentem Graecam; tum eiusdem *Dissertationem de Tyrrhenorum origine*, *Musei Etrusci* tomo paullo

cam; quam quidem alteram ſententiam, quo ad characteres ſpectat, de Graecorum vetuſtiſſimis Cadmeis litteris more retrogrado exaratis, intelligendam vellem; quas, quemadmodum communior, elapſo praeſertim ſaeculo, ferebat opinio, cum Tyrrheni, ſive Thuſci, tum ipſi Graeci veteres a Cadmo pri-

paullo ante indicato, pag. XXXII., quo ultimo loco Etruſcam linguam ad aliquam ceterarum linguarum pertinere, iure ac merito defendit. Quod quidem recte diſputat adverſus Dionyſii Halicarnaſſenſis opinionem, vereri ſe aientis, ne vero ſimilior eorum ſit ſententia, qui non advenam eſſe Etruſcam gentem, ſed indigenam dicunt: quandoquidem & pervetuſta eſt, nec cum ulla alia cognatione, lingua, vivendique ratione convenire compertum ſit. Haec ille, *Antiquitatum Romanorum* libr. I. cap. XXXIX. ſeq. Operum tom. I. pag. 23. edit. Oxonienſis 1704., non autem Londinenſis, quemadmodum lapſu calami me ſcripſiſſe legi in *Recherches ſur l' Epoque de l'Equitation*, part. I. pag. 153. not.

Verum, praeterquam quod in hoc multum errabat Dionyſius Halicarnaſſeus; in eo quoque gravius peccabat, quod Etruſcos αὐτόχθονας, hoc eſt, indigenas, quaſi in eapſe terra ab initio ſatos opinaretur; quos certe ex Phoenicia, aut ſaltem ex finitimis Orientalibus plagis olim veniſſe, aeque ac gentes ceteras, conſtat. Is autem communis erat veterum Graecorum & Latinorum Scriptorum error, ut ſuarum originum prorſus neſcii, non aliunde quam e terra, Divûm hominumque parente, genus traxiſſe vane gloriarentur: quam putidam laudem veluti ſupremae nobilitatis decus Athenienſibus tribuebat Ariſtides in *Panathenaica Oratione*, Operum tom. I. edit. Oxo-

primum (1) acceperant. Alii vero utramque Graecam & Latinam (2) volunt originem; alii vel Syriacam, ſive Arameam vident iiſdem in Tabulis, vel poſtremo linguam quamdam cum Hebraica, Aſſyriaca, aut Chaldaica mixtam

S 3 vel

Oxonienſis 1722. pag. 188. Vid. & Lucianum Samoſatenſem in *Anarchaſi*, ſive *de Gymnaſiis*, Operum tom. II. edit. Amſtelod. 1743. pag. 897. = Suidam in *Lexico*, voce Αὐτόχθονες.

(1) Qua de re quoque tametſi inter viros doctos aliqua ſit concertatio, uti alibi exponam; videlicet, num ante Cadmum litterarum uſus ad Graecos veteres, atque Etruſcos, ſive Tyrrhenos venerit; verum quo minus in Cl. Auguſtini Mariotti (*Epiſtola ... ad Paſchalem Magnonium, ſive Mantiſſa ad ſuum de nummo Neptuni argenteo incuſſo commentariolum. Romae* 1764. pag. XII.) ſententiam concedamus, nihil niſi obſcuriſſimi de harum litterarum Etruſcarum imprimis origine proferri contendentis poſſe; unum potiſſimum eſt quod obſtare videatur. Profecto ſi, ipſo Aug. Mariotto prorſus fatente, earumdem litterarum omnium forma illa ipſa habeatur in Graeco Sigeo Lapide; non video quare in Cl. virum Mazochium, Phoeniciam Tyrrhenis, ſive Etruſcis litteris tribuentem originem, invehatur, characterefque ipſos Tyrrhenicos ad quam gentem ſpectare ſeſe ignorare pronuntiet. Sed de Mazochii ſententia Etruſcos ex Phoenicia oriundos aſſerentis, infra aliquid dicetur; & quemadmodum inſtituti noſtri fere ſemper poſtulat ratio, paucis abſolvemus.

(2) Pro latina tantum lingua ſed adhuc informi diſputat Ioannes Lamius, cuius vide *Lettere Gualfondiane*, ſub ficto nomine Ioſephi Clementis Bini publicatae. Florentiae 1744. in 12.

vel ex Phoenicio ſaltem & Punico ortam (1) apparere ſibi viſi ſunt. Quibus praeterea Iguvinis Tabulis inſignia Ritualia monumenta, ſeu Divûm preces & Litaniae (2) contineri, Etruſcarum rerum indagatores ſolertiſſimi contendunt.

Equi-

(1) Confer ipſummet Gorium, *Muſei Etruſci* tom. I. pag. XLVII. = Auguſt. Mariottum, loc. cit. pag. XII. ſeqq. = Ioh. Chriſtoph. Amadutium in *Alphabeto vet. Etruſc.* edit. I. in 8. §. VI. ſeq. pag. 19. ſeqq., edit. vero II. in fol. §. VIII. ſeq. pag. XL. ſeqq. Qui vir doctus eo inclinat ſententiae, ut ad Hebraicum potius Etruſcum idioma accedere facile affirmaret, quemadmodum iam ſtatuerant eruditiſſimus Mazochius, recte quidem, mea ſententia, & Cl. Praeſul. Marius Guarnaccius in ſuis *Originibus Italicis*, tom. II. lib. V. cap. §. 11., ut caeteros miſſos faciam. Idque praeſertim docere animadvertit Amadutius, poſtremo loc. cit. pag. XLI., elenchus nempe vocum ſive Etruſcarum, ſive Latinarum, quem ad calcem eiuſdem Alphabeti pag. LXIII. ſeqq. exhibet; quemque ex I. Beatonio Anglo, qui Graecas plures & Latinas, quin & Britannicas ex Hebraeo fonte petitas contendit, tum ex Mazochii, Paſſerii, Maffeii, aliorumque operibus efformandum curavit Amadutius ipſe.

(2) Vid. Cl. Amadutium, loc. cit. edit. II. pag. XXXIII. Harum porro Tabularum unam, qua veterum Etruriae populorum *Carmen Orthium* lamentabile exhiberi vult Gorius, loc. indicato *Muſei Etruſci*, pag. LIII. ſeqq., eamdem τὰς *Litanias Pelasgas* appellat Lud. Bourguetius in Diatribe inſcripta: *Litanies Palaſges des anciens Habitans d'Italie*, *Bibliothéque Italique* tom. XIV. pag. 1. ſeqq. Uterque tamen idem fere ſentire mihi videntur.

Equidem numquam committam, ut iis irascar, qui hanc vel illam sententiam, quam modo exposui, tenendam putant; neque etiam & iis repugnabo, qui Etruscarum Tabularum linguam modo Etruscam, modo Umbram, modo Pelasgam quoque appella-

At contra huius carminis ne minimum quidem vestigium ea in Tabula se invenisse affirmat Passerius, *Not. in eand. Tabul.* Paralipomen. pag. 318., sed tantummodo pacatissima Ritualia ad scientiam Fulguralem pertinentia. Bonarotius vero in *Coniecturis* ad Dempster. opus de *Etrura Regali*, communes in populis finitimis pactiones, vel circa fines, vel circa alia, quae inter vicinos intercidere solent, Etruscis Tabulis comprehendi opinatus est. Alii foedera iis contineri putarunt, quae aheneis incidebantur Tabulis. Mitto ceteras opiniones, ne lectori longa oratione molestiam afferam.

Quamquam hoc in genere controversiae operam conterendam nolo; dicam tamen paucis quid mihi videatur. Atque est profecto, cur ex Tabulis latine scriptis multa emi posse cum Cl. Passerio, loc. laudat. pag. 246, existimemus; ex quibusque coniecturam faciamus, expiatione & sacrificia Deorumque supplicationes iis comprehendi In reliquis autem Tabulis, aliqua ex parte ab illo ipso Passerio explicatis, quum nihil inveniatur quod eidem argumento non conveniat, ad iura eas spectare Pontificalia concludendum omnino erit. De quibus consule eumdem Passerium, ibid. pag. 247., Tabulas hasce nuncupari posse asserentem, *indigitamenta Pontificalia veterum Iguvinorum*. Sed de his Tabulis ad Sacra veteris Eugubinae urbis prorsus pertinentibus, Cl. Passerio ipso iudice, satis dictum esto.

re (1) mallent. Attamen eadem de re quid ipſe ſentiam, inferius ac breviſſime ſuo loco declarabo.

Quod

(1) Confer Cl. Paſſerium, ibid. pag. 246. quo ipſo loco ſcribit deeſſe nobis univerſa argumenta, quibus id definiamus; quemadmodum in tanta monumentorum eiuſdem aetatis orbitate deſunt nobis exemplaria, quibus ſermonem hunc comparemus. Characteres Etruſci, inquit ipſe, reſpondent quidem ceteris, quos in urnis, in tota Etruria obviis obſervamus. De lingua vero nihil firmiter ſtatuendum etiam poſſe cenſet, tametſi ob propinquitatem Iguvii cum Peruſinis, linguam Etruſcam illi obtinuiſſe credibile eſſe defendat.

In tam multiplici de eadem lingua, atque incerta disputatione heic ſibi praecavendum duxit Cl. Paſſerius, ne quo ex fonte Etruſcum idioma reapſe derivaſſe pronunciaret. A Graeco tamen ſermone multa utique accepiſſe Thuſcam linguam, haud ambiguo iudicio, ipſi Paſſerio videri nemo dubitabit, qui in eius praeſertim *De Helleniſmo Etruſcorum Diſſertationem* (*Symbolarum Litterariarum* vol. II. edit. Florentin. 1748. curante Gorio) oculos coniiciet. Videnda enim ſunt quae Vir doctus animadvertit pag. 36. 37. 40. 41. 43. & pag. 68. ad 71. Qua ſane tota diſſertatione, ſingula Etruſcorum Numinum vocabula ex Graeci ſermonis aditis penitioribus Cl. Auctor interpretatur. Idioma vero Thuſcum, quod Sabinae linguae (pag. 38.) matrem, vel ſororem, aut omnino affinem & conterminam dicit, ita ibidem profert, ut nihil videam, quod ad Cl. Ant. Franc. Gorii ſententiam ſtabiliendam, illuſtrandamque conducere magis valeat. Quam in rem lege etiam eiuſd. Gorii Praefationem *Symbolis* iiſdem *Litterariis* praemiſſam, voluminis iam indicati pag. XV.

Dum

Quod vero prae ceteris est attendendum, istud etiam est: Etrusca monumenta, veluti Gemmas, Numismata, Vascula, Sigilla,

Dum autem Cl. Passerium sic edisserentem pronuncio, non hoc eo dico, quin ullam affinitatem Etrusci sermonis cum ceteris Orientis linguis, Hebraea nempe, sive Phoenicia, aut Syra, sive Aramea, vel Chaldaica, immo etiam cum veteri Latina, intercessisse voluerit. Sed ad Graecam cumprimis antiquam magis accedere Etruscam Cl. Vir arbitratur; quemadmodum & Gorio quoque, & Bourguetio, aliisque nonnullis placuit. Ceterum conferendus est Cl. Pauli Mariae Ogerii liber, *Graeca & Latina lingua Hebraizantes* inscriptus, cap. x. pag. 138. ad 140.

Non is ego sum, qui criticorũ horum virorum varias de veterum Etruscorum lingua, interque se dissidentes opiniones, quas superius enarravi, componere me posse credam. Verumtamen ex iis, quae sunt hactenus disputata, consequi videtur, ut de ea universim sit ita sentiendum. Nimirum, linguarum in primis Phoeniciae, sive Hebraicae, cum Arameae, sive Syriacae, Chaldaicae, tum Graecae atque Latinae, veterumque Latinorum Scriptorum & Grammaticorum, quorum fragmenta supersunt, ope & praesidio ipsa Etrusca explicari pleraque monumenta posse, si modo diligenter atque attente expendantur, mihi quidem videre videor. Namque harum linguarum in Etruscis monumentis certissima apparent vestigia; idque profecto ex doctorum virorum Maffei, Mazochii, Gorii, Passerii, ut mittam ceteros, lucubrationibus evidenter patet. Non igitur eos audiendos censeo, qui contra pugnant, atque scriptis suis ita enitendum sibi ducunt esse, ut, si possent, & lingua vetus Etruscorum, eorumque monumenta Cimmeriis etiam iacerent in tenebris, nisi litera-

la, Simulacra, Pateras , Urnas, Pictūras, aliaque id genus, quae ingenti sunt numero, in

terarum lux accessisset. Adversus quos merito insurgit Cl. Gorius, loco cit. *Symbolarum litterariarum* .

Neque obstat quod Edmundus Chishullius , *Antiquitatum Asiatic.* §.1. Thuscum sermonem vocet *ignotam linguam Aeolicam.* Enimvero,quum lingua ipsa Aeolica , ipso Chishullio iudice , inter Opicam , Etruscam , Umbram penitus sepulta, emerserit in Romanam; cui sane sententiae plurimum favet Dionysii Halicarnassei (*Antiquit. Roman.* lib. I. cap. LXXXIX.) locus; ab eadem veteri Graeca Etruscam dialectum multa mutuasse dicendum erit : ab ea, inquam, Graeca, quae adhuc cruda erat , atque inculta , ut ait Passerius , loci indicati pag. 43. , non illa quidem, qua Graeci Scriptores usi sunt , sed utique antiquiore , dum adhuc Phoeniciam & Aegyptum , unde processerat , resonaret .

Rursum , quod si Aeoles , Iones ; Arcades , aeque ac ceteri vetustissimi Graeci ab Phoenicibus , aut finitimis populis , velut ab Edmundo Dickinsono , ut alios multos Scriptores silentio nunc praeteream , suis in *Delphis Phoenicizantibus* passim demonstratum est , linguam , ritus plerosque , & ceremonias acceperint , quin immo & ipsas litteras ; quid impedimento esse potest , quo minus illam ipsam Aeolicam linguam , seu Graecam veterem pronunciemus Hebraismis praesertim scatentem , atque Etruscis in monumentis superstitem extitisse concludamus? Sed ea de re non est, cur pluribus agendum censeam . Consule interea Cl. Januarium Sixtum , *Trattato delle quattro Dentali &c.* pag. 38. & 39.

Sed nunc , ita ut paullo superius erat propositum, breviter exponam quae eadem de re disserit auctor libri inscripti : *Istituzione antiquario-numismatica, o sia introdu-*

in diesque maxime augentur, epigrammatum, sive inscriptionum vocabula, quibus sae-

duzione allo studio delle antiche medaglie, in due libri proposta dall' Autore (Franc. Anton. Zacharia) *dell' istituzione antiquario-lapidaria. Roma* 1772. in 8. Qui quidem eruditus Vir, lib.I. cap.I. pag.155. – 160., in ea sese esse sententia palam indicat, ut antiquissimam linguam Italicam, aut ipsam Etruscam, variis olim distinctam dialectis, per totamque fere Italiam diffusam, & idioma Graecum etiam vetus, perinde atque Hebraicum, sive Phoenicium, immo quoque & Pelasgicum nulla quaque ratione inter se convenisse arbitretur.

Quod si vero ad Graecum sermonem, aut Latinum aliquando paululum accesserit vetus italica lingua, aut illa ipsa, quam Etruscam vocant alii; id ad posteriora tempora esse referendum pugnat Cl. Auctor, ac ea potissimum aetate, qua Graeci & Pelasgi lares suos in italiam transtulere, vel cum magnae Graeciae populis, vel foederis, vel commercii negotia Etruscis intercesserunt.

Denique in P. Bardetii opinionem a Celtica gente & linguam & primas origines italicas repetentis, tametsi doctus Vir concedere statim non videatur; ex iis tamen, quae deinceps ibid. disputat, quibusque hoc suum hac de re contra Gorium, Maffeium, Bourguetium, Passerium, aliosque argumentum concludit, ad eandem sodalis sui sententiam, quae & nonnullorum iam fuerat, Cl. Zachariam perfugere facile intelligitur. Sed haec minus placent, in iisque pluribus immorari non vacat.

Proximum est, ut breviter dicam quae de litteris ipsis Etrusce scriptis mea sit sententia. Ego enim quum has in monumentis Thuscis studiose considero, comperio magnam esse inter easdem & Samaritanas litteras, sive Phoenicias veteres similitudinem. Ergo Cl. viro Ioanni Ba-

ſaepiſſime notantur , uno duobusve punctis diiuncta perpetuo fere exhibere . Illo ſane conſilio, eoque optimo id fecerunt veteres Etruſci populi, quo voces ad invicem ſic diſtinctae facilius intelligerentur.

Et

Baptiſtae Bianconо (*De antiquis Litteris Hebraeorum & Graecorum libellus* , edit. II. pag. 57.) equidem aſſentior , cui ad veritatem perſuaſum eſt iiſdem litteris & Etruſcos, Hebraeos, ſive Phoenices , & Graecos olim eſſe uſos. Nihilominus tamen rem ſubobſcuram videri fatetur, ſi litterarum Etruſcarum formas contemplamur,& ea quae de huiuſce gentis antiquitate , quae , Varrone teſte apud Cenſorinum,*De die Natali* cap.XVII.edit. Cantabrigienſis 1695. in 12.pag. 92. , ſumma erat , conſulimus . Neque enim , uti pag. 59.*libelli* indicati recte animadvertit idem Bianconus, credendum eſt gentem tam antiquam , quae in tanto imperio , terra marique , & tam diu fuit , in quam tot populi migrarunt, unis iiſdemque ſemper litteris, nihil admodum immutatis, ſcripſiſſe . Id ſi ita eſt, ut reapſe res mihi ſe habere videtur , quid mirum , ſi quaedam litterae , quas Etruſca produnt monumenta , ab priſtina Phoeniciarum , ſive Samaritanarum forma aliquantulum deflexae deprehendantur? Vid. Bourguet , *Lettre ſur l'Alphabet Etruſque*, *Bibliothéque Italique* tom. XVIII. pag. 48. & 49.

At enimvero , quaecumque tandem inter litteras utraſque diverſitas eſſe videatur , quae ſane minima eſt ; ab Phoeniciis,ſive vetuſtis Samaritanis Etruſcas originem duxiſſe certiſſimum eſt, uti cuicumque utraque elementa inter ſe conferenti manifeſte liquet. Qui denique eam in rem diligenter inquiret , ſic reperiet : litteras ipſas quoque veteres Samaritanas;ſicuti ceteras cuiuſque gentis

ve-

Et quoniam paullo ſuperius de monumento quodam eximiae vetuſtatis, βυςροφηδῷ conſcripto, me dicturum promiſi, nunc ad ea eſſe intelligo properandum mihi, quae illud ipſum attingunt. Nimirum eſt LAPIS SIGEUS (1), inſigne profecto monumentum, & pla-

vetuſtiſſimae antiquitatis, ſuas vices fuiſſe paſſas. Confer imprimis Ezechiel. Spanhemium, *De praeſtantia & uſu numiſmatum antiquorum Diſſert. II.* tom. I. pag. 93. 94. 95. = *Nouveau Traité de diplomatique* tom. I. part. II. Sect. II. cap. x. pag. 587. ſeqq. 591. ſeq.

(1) De quo lapide commentatus eſt eruditus Anglus diatriba ſingulari, cui titulum fecit: *Inſcriptio Sigea, antiquiſſima* Βυςροφηδὸν *exarata Commentario eam hiſtorico, grammatico illuſtravit Edmundus Chishull &c. Londini* 1721. fol. min. Vid. & *Novum Theſaur. vet. inſcriptionum Lud. Ant. Muratorii*, tom. IV. pag. MMCIII. ſeqq. = Baſil. Cardoni in *Greg. Placentinii de Siglis veter. Graecorum opus poſthumum*, praeviam Diſſertat. pag. 12. ſeq. edit. Roman. 1757. = Samuel. Shuckord, *Hiſtoire du Monde, ſacrée & profane*, tom. I. lib. IV. pag. 160. = *D. Gennaro Siſti, Trattato delle quattro Dentali, o ſiano Sibilanti. Venezia* 1766. in 8. pag. 325. 378. ſeq. Cet.

Eamdem inſcriptionem novis curis & acceſſionibus in lucem iterum emiſit Chishullius hoc titulo: *Antiquitates Aſiaticae Chriſtianam aeram antecedentes, ex primariis monumentis deſcriptae, Latine verſae, notis & commentariis illuſtratae. Accedit Monumentum Ancyranum. Londini* 1728. fol.

Qui lapis, ſive marmor, novem pedum Anglicorum, Gallicos propemodum aequantium, longitudine, quatuor fere latitudine, profunditate vero duorum, pro-ſtat

plane ſingulare, uti ex ſubiectis adnotationibus patet. Qui Lapis, unaquaeque utriuſque in-

ſtat in Troade, inter Sigeum promontorium & amnis Scamandri campum; ipſo illo in loco, ubi, Strabone teſte, *Geographiae* lib. XIII. pag. 895. edit. Amſtelodam. 1707., lapidibus ab everſa Troia comportatis, Mitylenaeos e Lesbo inſula profectos, Sigeum ipſum condidiſſe fertur. At poſt varia fata deſerto Sigeo, & demum prorſus diruto, nunc villa pauperrima eſt, quae tamen loci memoriam ſervat, cuique Turci primum *Ieni-biſ-ſari*, mox *GaurKioi* nomen dedere. Confer Chishullium loc. cit. edit. II. pag. 1. ſeq. & 41.

Ac ſane marmor inſigne monumentum eſt, non quidem utriuſque inſcriptionis titulo, quo exornatur, voces utique vix triginta prae ſe ferente; eo namque *Phadonicum Hermocratis, Proconeſii filium, Craterem, & Crateris baſin, & Colum ad Prytaneum dediſſe memoriae ergo ipſis Sigeis* indicatur. Sed eſt & ſua vetuſtate maxime praeſtans, ut modo dicetur, tum criteriis grammaticis, tum etiam illa elementorum forma Archaica, quibus exaratur. Etenim litterae vetuſtiſſimae ſunt, nempe Graeco-Cadmeae & Palamedeae, quales Etruſca retinent monumenta; quaeque primo ipſis Etruſcis & Latinis cum Aeolibus & Ionibus communes fuere. Nam teſtatur Plinius, *Hiſtor. Natur.* lib. VII. cap. LVIII., *Veteres Graecas fuiſſe eaſdem pene, quae Latinae.* Superiore vero capite idem dixerat: *Gentium conſenſus tacitus primum conſpiravit, ut Ionum litteris uterentur.* Vid. & Tacitum, *Annal.* lib. XI. cap. XIV. = Chishullium, loc. cit. §. VI. & in not. = Voſſium, *De Art. Grammat.* lib. I. c. XI.

Iam vero illud obſervatum velim, quod animadvertit doctus Chishullius de interpunctionibus modo in Sigea praeſertim inſcriptione obvio. „ His tam inuſita-
„ tis

inſcriptionis Graecae , qua inſignitur , vocabula , duobus diſcreta punctis , clare exhibet .

„ tis litteris , inquit ipſe , & obtinenti antiquitus inſcri-
„ ptioni , cognata ſunt illa vocum interpuncta , quae
„ non in noſtra ſolum , ſed & in multis (vid. Gruterum
„ in *Theſaur. Inſcript.* pag. CLXII. & *Sepulcra* Petri San-
„ ctii Bartolii , fig. 91. 92.) per Etruriam monumentis ,
„ in utroque Attico Baudelotiano (marmore) & in
„ Teio inedito Sherardiano (de quo infra dicemus) nu-
„ mero interdum tria , interdum duo appinguntur . Eo
„ ſcilicet commento , ſubiungit Chishullius , ſtudioſe
„ cavere veteres , ne vox una in alteram incurrens le-
„ ctionem aut turbaret , aut corrumperet . Idemque
„ mos , cum ipſo Alphabeto, ab Aeolibus deductus ad
„ Latinos , ſaltem puncti unius uſu ad ſera uſque tem-
„ pora pervenit . Verum , apud ipſos autores Graecos ,
„ res priſci & non inutilis inſtituti ſtatim abiit in deſue-
„ tudinem , negligentibus eam grammaticis ſequioris
„ aevi . Notatu interim non indignum , & articulos
„ & propoſitiones , & coniunctiones , nullo unquam
„ puncto diſiunctas a nominibus , ſed ex Genio linguae
„ Phoeniciae & Hebraeae , pro praefixis habitas fuiſſe .
„ Una etiam integra periocha ΕΑΝ ΔΕ ΤΙ ΠΑΣΧΩ, (*ſi*
„ *vero quid patiar*) ſolita vocum interpunctione non
„ diſtinguitur . Sed caſu an conſilio id factum fuerit ;
„ an puncta primitus impacta , iniuria temporis excide-
„ rint , non eſt unde colligatur „ . Haec Chishullius ,
loc. cit. §. VIII. pag. 9. edit. I., edit. vero II. pag. 14.

Quod ad Sigei lapidis , Phadonici titulum ab Aeſopo eiuſque fratribus , ſive Collegii fabrilis ſociis ſculptum exhibentis , aetatem attinet , aut Solone , ſive circa annum 595. ante Chriſti ortum , antiquiorem eſſe habendum , aut ei aequalem , & Periandro contendit Chishullius

bet. Hoc autem marmor sit ne Graecorum omnium, quae supersint antiquissimum, quem-

lius, ibid. pag. 21. edit. I. & pag. 14. 38. seq. edit. II. Conferendus Eduardus Corsinus in *Prolegomen. ad notas Graecorum, sive vocum compendia, quae aereis, atque marmoreis Tabulis observantur*, edit. Florentin. 1740. fol. pag. XVI. = Vid. & Sebast. Donati monitum ad *Novum Thesaur. Veterum Inscrip. L. Ant. Muratorii supplementum* ab se collectum, editumque Lucae 1765. tom. I. pag. XV. = Scipio Maffeius, *Artis Criticae lapidariae* lib. III. cap. I. canon. II., in praefati Supplementi Cl. Donati, Lucensis Presbyteri, tom. eod. col. 63. = Et quae de eiusdem Sigeae inscriptionis aetate idem Maffeius edisserit, *Musei Veronensis* pag. 411. = *Nouveau Traité de Diplomatique*, tom. I. part. II. sect. II. cap. X. Tabul. VI. pag. 629. 630. Cet.

Parum absuisse non diffiteor, quin alterum βουστροφηδὸν marmor a Cl. viro Iosepho Bimardio de la Bastie, praeclaro illustratum commentario (*Vid. Novum* Thesaur. *vet. inscription. Anton. Muratorii*, tom. I. loc. paullo ante cit. pag. 15. seqq.) hic protulerim; quippe quod argumento eidem nostro lumen affudisset. At Cl. viri Scipionis Maffei statim continuit me existimatio & auctoritas, qui illud monumentum fictitium, atque spurium dicere minime veretur; aliquotque rationum momentis suam firmare sententiam contendit, *Musei Veronensis* pag. CCCCX. seq. Quam rem humanissime edocuit me antiquitatis studio praestans Cl. Caietanus Marinius.

Ac sane doctissimus Eduardus Corsinus, *prolegomen. in notas Graecorum* pag. XVII., monumentum Bimardianum tamquam γνήσιον indicarat. Vid. & eiusd. *Dissertationes Agonisticas*, pag. 53. Quod utique fecerant alii viri hacce in palaestra exercitatissimi. Quin etiam & Corsinius ille

quemadmodum & Chishullio , & nonnullis aliis placet, non propositum mihi hoc loco, neque

T

ille idem, licet ab Maffeio admonitus, & cum laude, ut ita dicam, notatus, non aliter, meo quidem iudicio, censere sibi visus est in *Spiegazione di due antichissime Iscrizioni . Roma* 1756. pag. IV. Confer Sebastiani Donati in Scipionis Maffei Artis Criticae lapidariae *Monitum*, quod extat tom. I. *Supplementi ad novum Thesaur. Vet. Inscript. Ant. Muratorii*, eodem Cl. Donato collectore, praefixum.

Museo Veronensi ab Maffeio iam typis vulgato, anno nempe 1749., mirari aliquantum subit, hominibus quoque cetera doctissimis, de marmoris Bimardiani recenti admodum foetura ne paululum suboluisse; veluti auctoribus Novi Tractatus Artis Diplomaticae, gallice conscripti, tom. I. part. II. sect. II. cap. X. pag. 631. amicissimoque Cl. viro Court de Gebelin., *Monde primitif : origine du Langage*, lib. V. sect. III. cap. IV. pag. 475. seq. & Tabul. X. num. III., immo & alteri viro antiquariae rei peritissimo Iohanni Winkelmano, *Histoire de l' Art*, tom. II. pag. 172. apud eund. Court de Gebelin., loc. cit. pag. 475. Attamen, ne quid dissimulem quae de hoc Bimardiano monumento sentiret ipse Winkelmanus, suo eodem in opere, quod prae manibus habeo italice versum, hoc titulo : *Storia delle arti del disegno presso gli Antichi, tradotto dal Tedesco, con note originali degli Editori . Milano* 1779., frustra quaesivisse me fateor.

Sed de hac inscriptione, inter Olympiades LXX. & LXXX. sive annos 460. & 500. ante Chr. ab Cl. Bimardio, loc. cit. col. 40., relata, plura fortassis quam necesse fuit. Interea hoc teneo, ad exemplum vetustissimarum inscriptionum, quorum voces singulae hinc inde duobus discernuntur punctis, Bimardianum anaglyphum opus ab Athleta

que vero necessarium est investigare (1). Atque eum interpunctionis modum in Sigeo lapide obvium, priscis quoque Phoenicibus, im-

ta pro parta victoria in Nemeis ludis Iovi dicatum, effictum saltem fuisse. Neque fore quemquam puto, qui istud inficiabitur.

(1) Vide interea quae superiore adnotatione 2. pag. 264. seq. de Amicleo imprimis lapide *Boviversim* scripto, & quidem litteris Graeco-Phoeniciis, brevi retulimus. Cui sane monumento nullum aequari vetustate posse arbitrantur Fourmontius & Auctores Diplomaticae. Mitto alia vetustissima marmora in Tabulam VI. tomi I. Novi eiusdem Tractatus Artis Diplomaticae pag. 626. collata. Estque illud animadvertendum, horum unum mille & ducentis, alterum vero mille annis Christi ortum superaturum, si eruditorum illorum virorum judicio stamus. At non me latet esse doctiss. Mazochium, cui tanta vetustas, quantam monumentis ipsis largiuntur iidem Clari Viri, parum probatur. Sin minus autem tam antiqua habenda sunt, saltem cum SIGEO lapide, cum celebri NANIANA inscriptione ab Cl. Corsino illustrata, tum etiam cum NOINTELIANA, (de quà infra) denique cum DELIACA, quam profert Montfauconus, *Palaeogr*. lib. II. cap. I. pag. 121. seq., de antiquitate quam maxime contendere posse censeo. Ad quam rem demonstrandam satis ea esse puto, quae ab ipso Fourmontio & ab Cl. iisdem doctis Benedictinis sunt disputata. Omitto celebrem Inscriptionem Runicam, quam quidam velut antiquissimam prod< unt, de qua disputat Cl. De Maupertuis in suo Itinere sive *Voyage au fond de la Laponie*, Operum tom. III. edit. Lugdunens. 1756. p. 189. seqq. Ceterum adeundus Ianuarius Sixtus, in erudito Tractatu, sive *Trattato delle quattro Dentali* &c. pag. 376. seq. 378. seq. 391. seqq. 436. 441. 448. seqq. 462. seqq.

immo & Hebraeis remotissimae antiquitatis, aeque ac Graecis vetustissimis, Ionibus, Atticis, Doribus, Aeolibus, aliisque eiusdem gentis populis, communi usu venisse, eo potissimum adducor, quo Iudaei ipsi, institutorum maiorum suorum tenacissimi, in suis Mss. Codicibus, sive conscribendis, sive typis excudendis, commata punctis duobus crassioribus singula claudentes, hanc interpungendi rationem etiamnum fideliter servant.

Ad Graecos veteres quod spectat, non unū adest monumentum, quo res ipsa efficiatur, ut modo etiam ostendam. Atque istud ego postremum argumentum paucis sic absolvam, nihil ut supersit quod posthac addendum esse videatur. Itaque ad alterum venio monumentum, voces hinc inde duobus item punctis distinctas offerens, quo Teiorum dirae servantur (1). Quæ quidem interpunctionis ratio

(1) Monumentum istud egregium Sherardianum, cuius supra meminimus, conceptam dirarum formulam exhibens, qua utebatur Teius Ioniae populus, ab Chishullio orbi erudito publici iuris factum, ad antiquiora longe tempora ipso Anacreonte Teio, haud multum inferiora, referendum censet idem eruditus Anglus. Vid. eiusd.

ratio quum manifestissime pateat, eruditissimum Alexium Symmachum Mazochium, mirae lectionis virum, nescio quid impulerit, ut affirmare potuisset *Graecas veteres inscriptiones unico contextu, sine ullo prorsus vocum singularum intervallo fuisse exaratas* [1]. Sed viro summo Mazochio danda venia est. Quamquam etenim de multis dici id certe potest, verumtamen omnes & quascumque eo modo effictas esse Graecas Inscriptiones, atque delineatas, vetera monumenta aperte reclamant, planeque adversantur.

Certum igitur remaneat, hoc in more ve-

eiusd. *Antiquitates Asiatic.* pag. 96. seqq. Ceterum antiqua urbs Teos indigenis hodie est *Bodrùn*, ut observat ipse Chishullius.

Quum vero Olympiade LXII. Poeta Lyricus floruerit, sive anno 532. circiter ante Christi ortum (Vid. I. Alb. Fabricium, *Biblioth. Graec.* Vol. I. lib. II. cap. XV. pag. 545.) quam ad aetatem Teiorum Tabulam assurgere posse quisque intelligit.

(1) Ad Heracleoticas Tabulas prolog. §. V. *Commentar.* eiusd. Mazochii in Regii Herculanensis Musei Aeneas Tabulas Heracleenses. Part. I. pag. 5. Attamen legenda quae inferius huic priori suae plane adversa profert sententiae. Etenim, loc. cit. pag. 123. de Heracliensis scripturae singularitate disserens, Graecas inscriptiones maiorem partem eo laborare incommodo affirmat, nullo scilicet eas intervallo, punctoque distinente.

D. Ba-

veterum Graecorum fuisse positum , ut notis quibusdam , sive punctis, modo duobus (1), modo tribus (2) vocabula identidem

T 3 utrim-

D. Basilium Cardoni Abbatem S. Basilii de Urbe eo quoque errore duci video *in Operis posthumi D. Greg. Placentinii Abbatis S. Mariae Invialatae Velitrarum Ordinis S. Basilii de Siglis veterum editionem praevia Dissertat.* pag. 15. , ut arbitretur Graecas veteres inscriptiones uno ductu ac tenore , velut unico constarent verbo, descriptas fuisse . Sed fallitur Cl. Cardoni, quod supra iam ostensum est, & ex dicendis etiam atque etiam planum fiet. Qui porro Cardoni error non Placentinii fuit , ut huic eum tribuere videtur Cl. Ianuarius Sixtus , *Trattato delle quattro Dentali pag.* 448.

(1) Huc spectat vetustissima Corcyrensis inscriptio duobus punctis singulas voces disiungens, expensa in opera quaedam publica referens . De quo marmore Cl. Maffeius , *Musei Veronens.* pag. XI. & seqq. eruditissime disputat .

(2) Quo sane quoque pertinet altera antiquissima inscriptio Atheniensis, quam Nointelius Athenis Lutetiam deferendam curavit, & in Regia inscriptionum Academia cum aliis veterrimis id genus reliquiis integra adservatur. Ionico , uti Cl. Montfaucono in primis placet , aut potius , ut quibusdam aliis , Attico vetere charactere conscripta est , temporeque Peloponnesiaci belli erecta , videlicet statim post Simonis Atheniensium Ducis mortem , annis circiter 450. ante Christum . Illudque habet singulare , ut notat Montfauconus , quod in titulo inscriptionis , & in aliquot occisorum militum nominibus initio , unaquaeque vox , demptis particulis & praepositionibus , triplici puncto ad formam perpendicularem delineato , discernitur . Vid. eumdem Montfauconum Pa-

utrimque diſtinguerent; tametſi in ſingularum linearum fine fere ſemper deſint. Quodque de inſcriptis his monumentis Graecis brevi diſſeruimus, deque Etruſcis, & quidem potiori iure, idem dici de priſcis Latinis & Romanis (1) poteſt.

Quam

Palaeogr. Graec. lib. II. cap. IV. pag. 134. ſeq. & pag. 138. = Muratorii *Novum Theſaur. vet. inſcript.* tom. II. pag. 878. = Eduard. Corſini *Faſtos Atticos*, tom. I. part. I. diſſert IV. pag. 157. — 159. — 168. Florentiae. 1744. Qui vir doctus integram poſt Maffeium protulerit inſcriptionem; uterque vero pro dignitate marmoris multa praeclare adnotarunt. Confer etiam Cl. Viri Baſil. Cardoni *in D. Gregor. Placentinii*, *opus* ſupra laudatum, *praeviam diſſertationem* pag. 14. ſeq. = D. Ianuarium Sixtum, loc. quoque paullo ante cit. pag. 448. 457.

(1) Infinita propemodum eſſent colligenda, ſi exemplis aſſertionem hanc tueri neceſſe eſſet. Interea unus nunc ſatis ſit doctorum virorum locus, qui eo eſt quo ſequitur modo. " Dans les plus anciennes inſcriptions, comme ,, dans celles du moyen & du bas âge, on ſepare ſouvent ,, les mots & les phraſes par un deux, trois, ou qua- ,, tre points, mis tantôt en carré, en O, en rhombe, ,, en loſange. " *Nouveau Traité de Diplomatique*, tom. III. part. II. ſect. IV. cap. VIII. pag. 462. Vide & ibidem pag. ſeq. Confer etiam Johannem Winkelmanum, *Storia delle arti del diſſegno preſſo gli Antichi*, *tradotta dal Tedeſco*, tom. II. pag. 118. = Raphael. Fabretti *Inſcriptionum antiquar. explicationem & additamentum*, cap. III. pag. 117. Exempla autem numero plura punctorum, aliorumque ſignorum, quibus veteres Latini atque Romani ſingulas monumentorum voces inſcribebant, occurrent

Quam vero multa praeterea veterum populorum intercidere monumenta, quae hanc ad rem maxime ornandam; tuendamque conferre possent! Consulto plura sileo, veluti numismata (1): argumentum quoque amplum

T 4 sa-

rent in *Inscriptionum antiquarum Graecarum & Romanarum quae extant in Etruriae urbibus*, tomis tribus Florentiae 1726. 1734. 1743. ab Cl. Anton. Franc. Gorio collectis atque editis in fol. Consule etiam Iani Gruteri Inscriptionum antiquarum Thesaurum. Videsis quoque earumdem Collectores, eos cumprimis, quorum modo nomina indicabimus.

(1) Quae res sane ornari atque illustrari quam maxime posset ex iis præsertim numis Hispano-Phoeniciis, non paucisque id genus monumentis Tyri & Sidonis, Punicis, Siculis, aliisque, quae aut collegere, aut passim indicavere viri docti, uti Hubertus Goltzius, Bernardus Aldrette, Blasius Antonius Nassarrius, Leonardus & Antonius Augustini, Philippus Paruta, P. Molinetus, Eduardus Bernardus, Ezechiel Spanhemius, Scipio Masfeius, Ioannes Clericus, I. Bapt. Bianconus, Alexius Symmachus Mazochius, Erasmus Froelickius, Cl. Barthelemius. Cet. Mitto numismata proximae vetustatis Graeca & Romana, quorum collectores enumerare non modo longum, sed etiam opus molestiae plenum esset. Iusto quoque longior essem, si exemplis rem ipsam nostram demonstrare aggrederer. Mihi interea Scriptores aliquot, sed paucos, qui huiusmodi numismatum ectypa in lucem protulere, afferre liceat, quaeque ad argumentum istud plurimum facerent. Consule igitur D. Ioan. Vincentium De Lastanosa, *Museo de las Medallas desconocidas Españolas* ... *En Huesca* 1645. in 4. min. = D. Ludovic.

ſanc, ac copioſum. Quod ſi denique omnia, quae antiquarii viri collegere, complecti vellemus, commentarios ſine fine ea de re ſcribendos eſſe nemo non intelligit. At ut non labamur longius, nihil eſt neceſſe cur plura hic congeramus. Quid etenim haec fuſius perſequi eſſet opus, quae per ſeſe ſatis nota ſunt, & a nemine, quod ſciam, in controverſiam revocari, niſi antiquariae rei plane rudi & imperito poſſunt?

Dum

vic. Ioſephum Velaſquez, *Enſayo ſobre los Alphabetos de las Letras deſconocidas, que ſe encuentran en las mas antiguas Medallas y Monumentos de Eſpaña. Madrid.* 1752. in 4. = D. Mahudel, *Diſſertation hiſtorique ſur les monnoies antiques d' Eſpagne. Paris* 1725. = Cl.Franc. Perezium Bayerium, *Diſſertatio de litteris & ſermone Phoenicum*, adiecta verſioni Hiſpanicae C. Criſpi Salluſtii a Regio Hiſpaniarum Infante Gabriele Borbonio, anno 1772. Matriti in lucem emiſſa, pag. 350. ſeqq. A quo celebratiſſimo Bayerio maiora quoque expectamus in libro, quem typis edendum nunc parat, de Phoenicum & Graecorum in Hiſpania numis, quos *Incognitos* vocant. Quantum vero operae atque diligentiae in iiſdem numis & colligendis & illuſtrandis eruditiſſimus vir conferre poterit, quiſque facile iam cognoſcet ex eiuſdem praeclariſſima *Diſſertatione Iſagogica* ad eumdem tractatum, quae *De Numis Hebraeo-Samaritanis* inſcribitur. Quae quidem diſſertatio huiuſmodi eſt, ut eos ſiclos, ſemiſiclos & numos Hebraeo-Samaritanos exhibeat, quibus tractatio noſtra iuvari non parum poſſet. Sed paucis illis exemplis iam a me allatis contineri volui.

Dum autem eo disputandi genere utor, nolim quis existimet, ita animo comparatum esse me, ut ex productis hactenus inscriptis sic vetustis monumentis, vera interpungendi ratio, quae in libris nostris est, erui posse credam. Hanc tamen apud veteres quodāmodo exstitisse, licet contra nituntur Lipsius, Muretus, Morinus (1) aliique; ego impetrare ex me ipso, ut non credam, nequeo. Sunt vero multa in caussa, quare sic sentiam. Quid enim? illa ipsa puncta, modo unum, mo-

(1) Quorum duumvirorum testimonia congessit Morinus ille idem, *Exercitationum Biblic.* lib. II. *Exercit.* XVII. cap. I. pag. 478., eaque maximam partem ex Leonis Allatii *in Antiquitatum Etruscarum Fragmenta ab Inghiramo edita, animadversionibus*, vulgatis Romae 1642. in 12. §. XLVII. pag. 94. seqq. corrasit. Iisdem vero utitur, ut nobis persuadeat, veteres perpetua vocum serie, nullaque prorsus distinctionis nota, puncto inter singula verba quandoque posito, tantum excepto, agnovisse. Quam suam coniectandi rationem ipsis antiquis manuscriptis libris sacris, Hebraicis, Graecis atque Latinis praepostere applicat toto eodem capite; adeo ut ante Divum Hieronymum, ex Morini sententia, Textum Hebraeum continuo vocum nexu semper conscriptum, in versus & commata nondum distinctum fuisse dicat, neque in Sectiones tam maiores, quam minores divisum. Sed hac de re agam infra, dum de manuscriptorum librorum interpunctione Antiquis usurpata, erit opportunior dicendi locus.

modo duo, modo tria voces ſingulas utrimque ſecernentia, a nobis obſervata, neque ſenſus periodi, neque phraſeos ſententiam uſquam indicaſſent? At quo minus huic opinationi ne minimum quidem aſſenſum praebeamus, unum cumprimis obſtare quoque videtur, quod in Tabulis, cum aheneis, tum marmoreis, lapideiſque, & aliis non paucis priſcae aetatis monumentis reſtat attendendum. Illa nempe intelligo ſpatiola & intervalla (1), quae voces ita diſparant, ut contiguae

(1) Quorum ſpatiorum Tabulae ipſae Eugubinae, tam Etruſca quam vetere latina exarata ſcriptione, de quibus ante diximus, exemplum proferunt egregium. Neque prorſus deſiderantur intervalla eo in veterrimo inſcripto utroque monumento Bouſtrophedon, Amicleo e templi Apollinis ruinis eruto, cuius ectypon unum ſuis obſervationibus inſtructum exhibent Cl. Auctores novi Tractatus Gallici Artis diplomaticae, tom. I. part. II. ſect. II. ch. IX. pag. 615. ſeqq. & Cl. Ab. Barthelemy, qui utrumque marmor illuſtrat in ſuis obſervationibus, ſive *Remarques ſur une inſcription Grecque trouvée par M. l' Abbé Fourmont, & contenant une liſte des Prêtreſſes de ce Dieu. Mém. de littérat. des inſcript.* tom. XXIII. pag. 421. ſeq. Vid. ibid. alterum id genus monumentum antiquiſſimum, quod illuſtrat idem Academicus. Adeas pariter exemplar inſcriptionis Phoeniciae Carpentoractenſis ab eod. Barthelemy explicatae ibid. tom. XXXII. pag. 725. ſeqq.; tum aliud inſcriptum monumentum Graecum priſcae etiam vetuſtatis, *Hiſtoire de l'Acad. des inſcriptions*, tom.

tiguae scripturae incommodo atque confusioni mederi, vicesque verae interpunctionis explere videantur.

Al-

tom. XVI. pag. 104. = Cl.Court de Gebelin, loc.cit. *Origine du Langage*, pag.471. seq. & ibid. Tabulis IX. & X. Marmora ipsa Oxoniensia, licet contigua scripturae serie bonam partem exarata, Oxonii edita anno 1676. fol.part. II. pag. 157. seqq. & Appendix ad eadem, aliquot horum spatiorum exempla dabunt. Quorum in numero ponendae sunt inscriptiones duae, quas, inter alias, ad exemplar priscae antiquitatis factas, Herodes Atticus vir Consularis & apprime doctus, Traiani aetate, subsequentiumque Imperatorum diu clarus, villam suam Triopiam, tertio ab Urbe lapide, nobilitaverat. Conferenda Claud. Salmasii *Duarum inscriptionum veterum Herodis Attici Rhetoris & Regillae coniugis bonori positarum explicatio &c.* Lutetiae Paris. 1619. in 4. edita, pag. 1. seqq. pag. 77. seqq. Queis de & ipso Herode legendi Salmasius ipse, loc. cit. Montfauconus, *Palaeogr. Graec.* lib. II.cap.IV. pag. 140. seq. & Chishullius, *Antiquit. Asiat.* §. V. pag. 10. seq.

Quum ad celebres illas Herodis Attici columnas, olim Romae in Farnesianis hortis conspicuas venerim, grati animi ratio omnino flagitat, ut insignis alterius inscriptionis, quam praeferebant, specimen singulare, quod non sine voluptate vidi, eo loci commemorem. Est nimirum marmorea Tabula priores tantum versus inscripti praeclari monumenti ad Autographi fidem descriptos, ac suis propriis litteris magnitudine plusquam uncialibus, exhibens; quibusque prisci Alphabeti Graeci Ionici elementorum formam nos habere contendunt multi, etsi id ipsum nonnullis aliis videatur secus, quorum quidem mihi placet sententia, ut post ostendam.

Ta-

Alterum quoque plane singulare est,& sane dignum quod attente, considerateque hic

Tabulam autem curaverat faciendam doctissimus Praesul Franciscus Blanchinius Veronensis. Estque alta palmorum duorum Romanorum & aliquanto plus dimidii. lata vero unum & dimidium cum quadrante. Marmor perhumaniter, uti solet, conspiciendum mihi obtulit Cl. Praesul Stephanus Borgia,eius possessor, in cuius Museo visendum Velitris adservatur.

Voces autem, licet continuo fere nexu colligatae, & Tabula expressae, quasque vulgaribus Graecis characteribus, post Montfauconum, Chishullium, aliosque profero, habent hoc modo: *Οὐδενὶ Θεμιτὸν μετακινῆσαι ἐκ τοῦ* hoc est, *Nemini fas est transmovere ex* (Triopio, sive ex Villa Herodis Attici sic nuncupata, de qua vide Claud. Salmasium, loc. cit. pag. 22. seqq 57. seqq.) Videndus & Cl. de Montfaucon, loc. ante indicat. pag. 140. seq. & pag. 135., ubi eiusdem Inscriptionis columnis Herodianis incisae exemplum producit integrum. Consule etiam D. Ianuarii Sixti τοῦ μακαρίτου librum eruditum cui titulus: *Trattato delle quattro Dentali*, &c. pag. 395. seqq. = *Nouveau Traité de Diplomatique*, tom. I. part. II. sect. II. cap. x. pag. 634. seq. & in not.

De litteris vero, quas refert inscriptio, cuius scripturae genus idem prorsus est quod in altera Farnesiana columna Herodis Attici, legendi Salmasius ad duas *Veteres inscriptiones*, paullo supra citatas pag. 29 seqq. & Shuckford, *Histoire du Monde sacrée & profane* tom. I. lib. IV. pag. 224. & 262. = P. Hieremias a Bennettis, *Chronolog. & Critica Histor. Profan. & Sacr.* tom. I. cap. I. §. XXII. pag. 40. & §. XXVII. pag. 47. = Ianuarius Sixtus, loc. cit. pag. 389. 390. Quas quidem litteras, si paucissimas exceperis, imprimis litteram Θ, decussatis lineis secatam

hic obſervetur . Illa, inquam ſunt Sigla , ſive litterae,aut notae numericae inſcriptis in monu-

tam , uti prope in Deliaca inſcriptione , ab antiquis Ionicis multum differre plana res eſt,& eſt a Shuckfordo ipſo, aliiſque viris doctis ſaepe obſervata . Qua etiam de re conſulendus Cl.Ioannes Bouhierius,*Differtat. de Priſcis Graecorum & Latinorum litteris* , in extrema *Palaeographia* Montfauconi , pag. 561. Harum tamen litterarum vera origo diſſimulari nullatenus poteſt , uti recte animadvertit Ioſephus Scaliger in ſuis caſtigationibus *ad Euſebii Chronologica*,edit. Amſtelod. 1658. pag. III. Vide J. Harduini notas in Plinii Hiſtor. natur. lib. VII. cap. LVIII. edit. Pariſ. 1723. tom. I. pag.419.

Rurſum quod ad illa intervalla , de quibus modo ſermonem inſtitui,ſpectat , atque inſcriptis in vetuſtis monumentis praeſertim Graecis obvia , nolo,ne longus ſim, hanc in rem plura huc adducere quae afferri poſſent . Vide interea *Les Ruines & les plus beaux Monumens de la Grece , par M. le Roy. ſeconde édit. Pariſ.* 1770. tom. II. pag. 5. 7. ſeq.

Quin etiam neque in ipſis Tabulis duabus aereis Heracleenſibus,quas erudite expoſuit Cl.Mazochius , quaeque in re menſoria , limitibus &c. agrorum Dionyſo & Minervae ſacrorum verſantur , a bis mille & circiter annis antiquo Doriſmo conſcriptis , non omnino deſunt ; tametſi idem doctiſs. Vir ſecus ſtatuat, loc. cit. *Commentar.* in eaſdem part.I. pag. 123. ; at quam falſo , modo oſtendam;& Tabulae ipſae non in uno loco evincunt .

Harum Tabularum altera titulo, quo Ephori & finitorum nomina praemittuntur , exornatur maioribus litteris uncialibus , & quidem peculari modo , adeo ut vocum ſeries ac ſententia labore dignoſci nullo poſſit . Prioris Tabulae fragmentum alterum , verſ. 46. ſegment. I. lem-

numentis vetustissimis obviae, quibus mos so-
lemnis antiquorum Grammaticorum scripta
ce-

lemmate itidem distinguitur maioribus litteris : *Pacta conventa* (*locati conducti*) *camporum Dionysi* , uti vertit eruditus Mazochius , inscripto . Denique notabili aliquot versuum intervallo conclusa Tabula , ibid. vers. 140. cernitur littera Graeca N solitaria aliquam notam numericam profecto indicans . Quae quidem , si accipiatur non pro quinquagesimi numeri signo , quo Aes in Tabulario Heracleensi fortassis insigniebatur , sed potius pro XIII. , ut bene coniicit doctissimus Mazochius, loc. cit. *Commentar.* in easd. Tabulas pag. 251., morem prodit antiquissimum, quo veteres critici , sive Grammatici Clarorum Virorum scripta in librorum sectiones dispescebant iuxta alphabeti litterarum ordinem & numerum . Qui mos in Homeri, Aristotelis,aliorumque illustriorum Auctorum,immo & Hebreorum, uti & Orientalium scriptis, observante ipso Mazochio , antiquitus multum invaluit , & sane , mea quidem sententia , ante multo maiorem aetatem,quam ei assignat Cl.Morinus , *Exercitat. Biblic.exercit.* XVII.cap.I. pag.478. De quo inferius quidpiam disputabitur .

De intervallis iisdem in prioris eiusd. Tabulae adversa parte, Latinis litteris inscriptae , insigne vetustissimi Digesti legum Romanarum referente obviis,nihil sane etiam est quare dubium moveamus . Siquidem,praeterquamquod punctis perpetuo interciduntur voces , more prorsus nostro saepe absolvitur sententia ; legumque & capitum divisio , littera vero ad marginem paullulum excurrente , velut multis in Codicibus Manuscriptis & Graecis & Latinis & Orientalibus, & quidem longioris aetatis , videre est , novae periodi distinguendi caussa , notatur .

Quod autem de Heracleensibus iis monumentis hactenus disserui , illud quoque de alterius Heracleotianae

Ta-

celebrium virorum in libros vel ſectiones, vel capita iuxta litterarum alphabeti numerum dividendi, plurimum commonſtratur. Cuius exemplum habemus ſat luculentum in prioris Heracleenſis Tabulae inſigni fragmento, uti ſubiuncta in adnotatione animadverſum a nobis eſt.

Quae de Scripturae ratione ex inſcriptis monumentis allata hactenus a me ſunt, notis ſive quibuſdam ſignis uſos veteres fuiſſe, cum vocum interpungendarum, tum intervallis diiungendarum cauſſa, quibus lectionem quam maxime iuvarent, varioſque periodi ſenſus quodammodo diſtinguerent, ad

Tabulae, adverſa parte graece, averſa vero latine ſcriptae fragmento in Britannia adſervato, atque ab Cl. Viro Michaele Maittaire primum edito notiſque illuſtrato, affirmandum exiſtimo. Confer Scipionem Maffeium, in *Muſeo Veronenſi*, pag. CCCCXXXV. huius fragmenti exhibentem ſpecimen ex ipſa Tabula ahenea, quae exſtabat Londini apud D. Brianum Fairfax. Quod quidem fragmentum alterum cum eiuſd. Maittaire notis & ſuis animadverſionibus typis rurſum excudendum curavit Cl. Mazochius, *Commentar. in Heracleenſ. Tabulas* part. I. pag. 144. — 170. & part. II. pag. 303. ſeqq., qui & ad prius Tabulae Latinae ſegmentum Britannicum breviores Franc. Caroli Conradi adnotationes ibid. inſeruit. Heracleenſium vero Tabularum Muſei Regii ectypa genuina, habes in extrema parte I. eiuſdem inſignis operis eruditiſſimi Mazochii.

ad veritatem plane demonstrant. Quo res magis magisque liqueat, extremum est, ut alterum vetustum monumentum a doctissimis splendidae Collectionis Regiae Herculanensis Auctoribus publicatum (1), in medium proferam. Est autem huiusmodi:

Ὡς ἐνσο φὸν βύλευμα τας πολλὰς χεῖρας νικᾶ (2)

Si

(1) Consule *Le Pitture antiche d' Ercolano, e contorni, incise, con qualche spiegazione. Napoli nella Stamperia Regia* 1760. fol.max. Tabula VI.pag.34.not.2.

(2) Quod tamen sic est legendum:

ὡς ἓν σοφὸν βύλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ.

Utique sapiens consilium plures vincit manus.

Estque Euripidis sententia in *Antiopes* Fragmentis vers. LXXVII., iisdem fere verbis expressa hoc modo: Σοφὸν γὰρ ἓν βύλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ. Operum edit. Cantabrigiens. 1694. tom. II. sive part. II. pag. 455. Confer & Polybium, *Historiarum* lib. I. edit. Amstelod. 1665. §. 35. pag.50. Quae quidem sententia, inscriptionum more, in uno parietum, angulum exhibente viae ad Theatrum ducentis legebatur, minusculis & rotundis perscripta litteris, minio aut rubro & nigro colore depictis; atque Retinae die 6. Martii an. 1746. e ruderibus ad vetus Herculanum, ut situs loci omnino indicare videtur, spectantibus effossa. Retina autem, incolis *Resina*, est Campaniae vicus maritimus, non proxime sub Miseno monte aut oppido, ut scribit Christoph. Cellarius in *Notitia orbis antiqui* lib.II. cap.IX. pag.668., sed contra ipsum Misenum, & sub Vesuvio monte, a quo paucis milliaribus distat. Vide C. Plinium Secundum, *Epistol*. lib. VI. epist. XVI. = *Racconto Storico-Filosofico del Vesuvio &c. dell'Abate Giuseppe Maria Mecatti. Napoli* 1752. *pag*. CCL. seqq.

Si qua eſt vetus inſcriptio, ſuis proſodicis criteriis praeſtans, quaeque a diligenti & perito antiquitatis viro aeſtimanda ſit, immo vero ſummo in pretio habenda, eſt ſane haec Retinenſis. Etenim praeterquam quod ad inſtituti noſtri rationē apprime facit, quaeſtioni de accentuum cumprimis & ſpirituum Graecorum apud Antiquos uſu (1), quibuſque ipſa ornatur inſcriptio, lucis affundit plurimum. De quo quidem argumento quam inconſtanter, quam varie, quam negligenter a viris alioqui doctiſſimis (2) fuerit

V di-

(1) Ariſtophanum Byzantium, Grammaticum Alexandrinum, qui sub Ptolemaeis Philadelpho, Philopatore & Epiphane, Aegypti Regibus floruit, ſive annis ducentis circiter ante Chriſtum natum, primum omnium accentus & diſtinguendi rationem excogitaſſe ferunt.

(2) Vide imprimis Gerard. Joan. Voſſium, in *Ariſtarcho ſive de Arte Grammat.* lib. II. cap. VIII. & Burcard. Gotthelff. Struvium *de Criteriis Mſtorum* §. XXIX. in *Clavi Diplomat.* Baringii pag. 94. Qui duumviri ita opinantur, ut in lapidibus, in nummis, aliiſque antiquitatis monumentis ne veſtigium quidem exſtet accentuum. Clariſſimus vero Montfauconus, vetuſtorum multorum Manuſcriptorum auctoritate fretus, iis ſignis omnino carentium proſodicis, ad eam quoque acceſſit ſententiam, ut ante ſaeculum VII., accentuum uſum nondum invaluiſſe exiſtimarit. Confer eiuſd. *Palaeograph.* lib. I. cap. IV. pag. 33. & lib. III. cap. III. & V. pag. 215. 223. Conſule quoque Herm. Hugonem, *De prima ſcribendi origine* cap. XXVII.

disputatum, non est cur hic admoneam. De accentuum & spirituum namque aetate atque usu in antiquis monumentis, quod litteris mandarunt permulti, quasi saeculo VI. aut VII. aut etiam seriori aevo non essent vetustiores, quanto in errore versati fuerint, facile iam intelligitur. Multa in hanc rem disputare possem; sed quoniam est de his alienum dicendi tempus, tacita mihi quodammodo relinquenda. Ac de his quoque interpunctis & distinctis intervallis vereor ne, si plura afferam, nimius videar.

Hoc

XXVII. & notas C.H.Trotzii in eund. loc.pag.262.seq. de eodem argumento varias afferentis sententias. Ceterum Cl. Auctores Novae Diplomaticae melius hac de re sentiunt, tom.I. part. II. sect. II. cap. XV. pag. 685. & tom. III. part. II. sect. IV. cap. VIII. pag. 480.seqq. Legenda Cl. Henrici Norisii *Cenotaphia Pisana*, edit. Lugd. Batav. Dissert. IV. cap. VI. col. 445. seq. = *Encyclopédie, ou Dictionnaire raisonné des sciences*, &c. art. *Accent*. Adeas etiam *Alcune Osservazioni* in extremo tomo II. Collectionis Regiae Herculanensium Picturarum, paullo ante indicat.pag. 328. not. 36. Quo loco de accentuum, litterarumque rotundarum, minuscularum usu vetustissimo in lapidibus,aliisque id genus monumentis se acturos promittunt huius egregii Operis Cl. Auctores, in eo eiusdem Collectionis tomo qui *de Papyris* inscribetur, ubi nihil de iis, quae ad laudatam inscriptionem,distinctis etiam suis intervallis maxime conspicuam, illustrandam tum eius summam vetustatem conducant, praetermittetur.

Hoc autem loco rurſum evolventi, atque ſedulo conſideranti illa ipſa monumenta, quae clariſſimi viri Gruterius, Reineſius, Sponius, Gudius, Mabillonus, Montfauconus, Muratorius, Maffeius, Donius, Gorius, Paſſerius, Donatus, ceterique, quos recenſendi numquam eſſet finis, amplis voluminibus, ea de re antiquaria etiam ſeorſim editis illuſtrarunt, non pauca mihi profecto occurrunt Graecis praeſertim in Tabulis & Epigrammatis, quorum nullo aut ſpatio, aut puncto voces diſcriminantur (1).

V 2 Quo

(1) In *Antiquitatibus Aſiatic.* Edmundi Chishullii, cum in opere *Marmora Oxonenſia, ex Arundellianis. Seldenianis, aliiſque conflata*, &c. inſcripto, tum in *Inſcriptionibus antiquis Donianis* ab Cl. Gorio primum editis, notiſque illuſtratis ſuis, Florentiae 1731. fol., ut denique, ne taedio ſim, quamplurimas inſcriptionum collectiones taceam, huiuſce rei exempla non pauca paſſim inſpicere eſt. Confer quoque *Inſtituzione Antiquario-Lapidaria, o ſia introduzione allo ſtudio delle antiche latine Iſcrizioni in tre libri propoſta. Roma* 1770. lib. II. cap. XI. pag. 337.

De Graecis autem illis Epigrammatis quod diximus, inſcriptisque pluribus monumentis; de Phoeniciis quoque, exempli cauſſa, nonnullis, aliiſque Orientalibus, id ipſum dici poſſe non diffitemur. Quandoquidem in multis harum poſtremis nulla aut fere nulla intervenit vocum diſtinctio; ſi tamen illis ipſis inſcriptorum monumen-

Quo argumento praeter alia nullius ponderis plura, abuti Beniaminum Kennicottum (1) video, ut vulgata Hebraica sacra vo-

mentorum Palmyrenensium, Punicorum, Citiensium, nonnullorumque Orientis populorum ectypis hactenus hinc inde editis praestanda sit fides. De quibus vide *Saggi di Dissertazioni Accademiche dell' Accademia Etrusca di Cortona*, tom. I. Dissert. I. pag. 24. & tom. VII. Disser. I. *Sull' Alfabeto Palmireno* Cl. Viri Barthelemy, post pag. 18. = Richardus Pococke, *A description of the East and some other countries*. *London* 1743. tomi III. fol. sparsim. = Thomam Hyde, in *Historia Religionis Veterum Persarum*, edit. 2. Oxonii 1760. Appendic. pag. 546. Tabul. XIV. = *Les Ruines de Palmyre, autrement dite Tedmord au Desert. A Londres* 1753. fol. max. pag. 25. seqq. idem doctiss. Abbas Barthelemy, *sur quelques Monumens Phéniciens, & sur les Alphabets qui en resultent. Mém. de Littérat. des Inscript.* tom. XXX. pag. 427. Quae tamen postrema Phoenicia inscriptio a Cl. Barthelemy vulgata, veriori ectypo restituta suo comparet, suisque disiuncta punctis, apud doct. Court de Gebelin, loc. cit. *Origine du Langage*, tom. III. pag. 480. Suiv. Tabul. XII. Adeo verum est quod ante adnotabamus; nempe, non una simplici vice dubiae fidei esse earumdem inscriptionum exempla a viatoribus, etiam non indoctis, hinc inde descripta atque indiligenter excerpta, ad quorum testimonium eruditi viri illa tum publici iuris fecere, tum commentariis instruxere suis.

(1) Consulatur eiusd. *Dissertatio Generalis in Vetus Testamentum Hebraicum cum variis Lectionibus ex Codicibus MSS. & impressis*. *Oxonii* 1780. in fol. §. 28. pag. 13. Quam Dissertationem tandem hoc ipso Novembri mense vergente 1781. quo haec adnotabam, mihi videre contigit, Cl. Rossii amicitia, qui exemplar seorsim editum ad me transmittendum humaniter curavit.

volumina corruptiſſima deinceps temere pronunciaret. Ac de Kennicottiano hoc commento, quamquam alibi ediſſeruimus & copioſe & ſatis, ut potuimus, diligenter, opportuniore loco etiam dicemus & tempore. Nunc autem ad rem ipſam.

At enim vero inde ne uſquam conſequetur, Veteres ſive punctis, ſive intervallis, qualicumqueve nota voces intercidendi modum penitus ignoraſſe, & rationem, quam illos ipſos contra non obſcure uſurpaſſe, tot lapides commonſtrant & marmora, ut Manuſcriptos Codices miſſos nunc faciam; quo tam ad ſenſum, quam ad novam periodum animadverſionis aliquod ipſis eſſet argumentum (1)? Iſtud potius firmiter tenendum equidem puto, harum omiſſionem notarum, non gentium vetuſtiſſimarum proximaeque vetuſtatis ignorationi, non inſcriptorum monumentorum veris auctoribus, ſed scalptorum, quadratariorum, artificumque incuriae & negligentiae ſaepius eſſe tribuendum

 at-

(1) Confer Raphael Fabrettum, *Inſcriptionum antiquarum* cap. III. pag. 229. ſeq. = Franc. Anton. Zachariam, *Iſtituzione Antiquario-Lapidaria* lib. II. cap. XI. pag. 341,

atque oscitantiae (1); quorum quoque arbitrio, modo omittebantur, modo apponebantur. Quod quum maiori probatione non indigere videatur, non est cur longiorem orationem ad id comparemus. Sed de Marmoribus, Tabulisque satis multa.

V. His ita constitutis, cognoscet quisque, opinor, quorsum nostra haec spectet disputatio, quidque ex ipsa sequatur. Mihi vero ex iam breviter disputatis duo praesertim concludi posse videntur.

Principio quidem, si Graecis vetustissimis, priscis Latinis & Romanis, Etruscis quoque populis moris id fuerit, ut monumenta cum publica, tum privata sua eo inscripserint quo disputavimus modo, numquid aliis gentibus bonarum artium spectatis atque probatis, iis inquam, Orientis populis eamdem scripturae rationem denegaremus, & penes quos ab omni antiquitate litteratura exstiterat, & a quibus litteras & Etruscae gentes, & veteres Grae-

(1) Vid. Cl. Stephan. Anton. Morcellum, *De stylo inscriptionum Latinarum* lib. II. part. III. cap. VIIII. edit. Roman. 1781. pag. 465.

Graeci, necnon & Latini populi mutuatas ſuas acceperant?

Enim vero ab Orientis gentibus, Syris, Phoeniciis (1) praeſertim, prima temporum

(1) Vetus opinio eſt jam ab heroicis uſque ducta temporibus, ipſam gentem Phoeniciam, uti ſcribit Plinius, *Hiſtor. Natur.* lib. v. cap. xII. *in gloria magna litterarum inventionis* exſtitiſſe. Ac ſane notiſſimus eſt Annaei Lucani *Pharſaliae*, ſive *de Bello civili*, locus, qui ſic habet:

Phoenices primi, famae ſi credimus, auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.
Nondum flumineas Memphis continere biblos
Noverat, & ſaxis tantum volucreſque feraeque
Sculpta ſervabant magicas animalia linguae.

Cuique veteri opinioni video eſſe ex antiquis ſcriptoribus aliquos, qui aut aſſentiantur, aut non repugnent; quorum teſtimonia Bochartus cumprimis, in ſuo Phaleg. part. II. lib. I. cap. xx. complexus eſt. Sed vereor, ne ii labantur omnino; niſi, quemadmodum in hac noſtra adnotatione paullo infra oſtendam, τῶν Phoenicum appellatione Syros intelligendos eſſe ſtatuamus vel Aſſyrios.

Principio namque, uti ab eodem Plinio, loc. cit., memoriae proditum eſt: *Syria quondam terrarum maxima, & pluribus diſtincta nominibus*, Palaeſtina nempe dicta fuit, & Iudaea, & Phoenice, & Coele, & Meſopotamia, & Babylonia, immo vero & Aſſyria. Qua de re confer Diodorum Siculum, *Biblioth. Hiſtoric.* edit. Hanovienſis 1604. lib. xvIII. pag. 590. ſeqq. = Ammian. Marcellinum, *Rerum geſtarum a Romanis* lib. xIV. & xxIII. edit. Pariſ. 1636. pag. 20. & 261. = Stephanum Byzantinum in libro, qui *De Urbibus* inſcribitur, edit. Lugd. Batav. 1688. pag. 687. = Ioſeph. Scaligerum in *Animadver-*

rum aetate arti um ſcientia claris, in Occidentales plagas,ut ceteras taceā, litteras advectas fuiſ-

verſionibus ad Euſebii Chronologica, edit. Amſtelod. 1658. pag.24. ſeq. = Chriſtoph. Cellarium , *Notitiae orbis antiqui* lib. III. cap.XII. edit. Lipſienſ. 1706.pag. 398.ſeqq. = Hadrian. Relandum , *Palaeſtinae ex veteribus monumentis illuſtratae* lib. I. cap. VIII. Cet.

Atqui Phoenices , de cuius vocis etymo plura docte adnotavit Bochartus,loco paullo ante indicato , part. I. cap. I. , quae conſulenda ; ex eoque Edmundus Dickinſonus in *Delphis Phoenizantibus*,cap. III. Collection. Crenii tom. I. pag. 26. ſeqq.,Phoenices , inquam , non Palaeſtinos , quos eo nomine appellat Herodotus in *Euterpe*,ſeu *Hiſtoriarum* lib. II. cap.CIV. edit. Londin.1679. pag. 127. , ſed illos ipſos maritimi tractus Mediterranei incolas , *ſollers hominum genus & ad belli paciſque munia eximium*,ut ait Pomponius Mela , *De ſitu orbis* lib. I. cap. XII. , quamvis *ſiderum navaliumque ac bellicarum artium gloria* , Plinio quoque inprimis teſte , multum inclaruerint , ſcriptionis modum , aut litteras primos excogitaſſe , id vero eſt, quod dubito an ferant plerique viri eruditi . Neque eo equidem inſtitutus ſum animo , ut probem . Quin etiam neque magis iis aſſentior , etſi vellem , qui ex Lucani modo relatis verbis colligi poſſe ſuſpicantur , Phoenices Hieroglyphica ſcriptura , qua finitimarum gentium more , iam ab primis uſque temporibus utebantur, prius antiquata , alphabeticam tandem ipſosmet inveniſſe . Eſtque inſignis Diodori Siculi locus , uti ſupra , lib. V. pag. 340. , qui ſane ad eandem coniecturam comprobandam multum conferre aliquibus fortaſſis videbitur . Ita enim habet , Laurentio Rhodomano Cheruſco interprete . " His vero qui litteras Syrorum inven- „ tioni tribuunt, a quibus Phoenices didicerint , & cum „ Grae-

fuisse, ipsisque Graecis traditas, testata res est atque exploratissima. Hancque in rem & vete-

„ Graecis communicarint, profecti scilicet una cum „ Cadmo in Europam, unde litteras Graeci τὰ γράμματα φοινικήϊα appellant: φασὶ τοὺς Φοίνικας οὐκ ἐξ ἀρχῆς εὑρεῖν, ἀλλὰ τοὺς τύπους τῶν γραμμάτων μεταθεῖναι μόνον. His er- „ go respondent Phoenices nequaquam esse inventores, „ SED FORMAS TANTUM ELEMENTORUM IMMUTASSE. Qua „ scriptura cum plurimi deinde uterentur, appellatio- „ nes illas sic inolevisse". Atque affinis huic valde est, quam D. Court de Gebelin, *Monde primitif*, *origine du Langage* tom. III. lib v. sect. II. cap. XIV. pag. 423. seq. tenet, opinio. Quae ne ad veritatis accedere similitudinem possit, iudicent viri docti. Etenim hos magna de litterarum ortu contentione certare video; hancque in rem, uti ab Gerardo Vossio de Arte Grammatica lib. I. cap. IX. recte animadversum est, „ multi multa congesserunt „ & fuse & confuse, adeo ut ab iis pene incertus magis „ abeas quam fueras dudum". Quid interea de Plinii loco vero similius esse putem, quaeve mea sit de huiusce generis quaestione sententia, nunc breviter exponam.

Quum Syrorum nomen multarum Orientis gentium, ut supra ostensum est, commune fuerit, Plinium ipsum ex veteribusque nonnullos inventionem litterarum Phoenicibus tribuentes, hanc gentem cum ceteris Syris, vel Assyriis confudisse erit dicendum. Alibi etenim, videlicet lib. VII. cap. LVI. Syros ab Assyriis aperte distinguit Plinius, ut qui *Litteras semper Assyrias fuisse* arbitretur, neque eum moveat illorum sententia, qui ipsas *apud Aegyptios a Mercurio, ut Gellius*, aut *apud Syros repertas volunt*. Alterum Plinii locum *ibid.* memoratum non moror, usum litterarum aeternum asserentis. Incertus namque ac dubius, quid in tanta rei obscuritate potissimum di-

terum & recentiorum testimonia hic excipere, quo brevitati potissimum consulam, supervacaneum prorsus arbitror.

Hoc

dicerct, litterarum ortum ab omni quasi aeternitate repetendo, sic tandem eidem quaestioni finem facturum sese ratus Plinius est. Utcumque sit, hactenus allata Plinii verba eo veniunt, si quid intelligo, ut Diodoro Siculo, loc. paullo ante cit., assentire ipse videatur, aienti neque Syris litterarum inventionem esse adscribendam, neque Phoeniciis. Quem Diodori Siculi locum contra eius mentem protulisse, atque fuisse interpretatum eruditum Bochartum, loc. ante etiam indicat. part. II. cap. XX. edit. Cadomens. 1646. pag. 489., miror; quasi ipsis Syris litterarum inventionem acceptam ferri asseruerit Graecus Historicus. Nam si id esset, quare a Patre παρὰ τοῦ πατρός, sive a Jove concessam Musis fuisse earumdem inventionem dixisset, sicuti revera edocuit Diodorus Siculus, cuius mitto locum, ne longus sim. At illud animadverto quod de Syris, nonnullorum sententia, iam dixerat: πρὸς δὲ τοὺς λέγοντας ὅτι σύροι μὲν εὑρεταὶ τῶν γραμμάτων εἰσὶ, quae verba paullo ante latine protuli. Mirari etiam subit eruditissimos viros J. B. Bianconum, ***De litteris antiq. Hebr. & Graec.*** pag. 40. edit. II. & Ianuar. Sixtum, ***Trattato delle quattro Dentali*** pag. 30., illum ipsum Diodori Siculi locum post Bochartum, ut videtur, describentes, ab eodem lapsu non sibi praecavisse, veluti quoque Cl. Auctores Novi Tractatus Diplomaticae, tom. I. part. II. sect. II. cap. IV. pag. 576. Quod sane tantis viris excidisse mihi displicet.

Jam vero Phoenicum appellatione eo, quo diximus sensu usurpata, quid impedimento esse potest, quo minus ipsius Plinii opinionem probemus, ita ut a Syris litterarum primordia repetamus, aut ab Assyriis? Quae

qui-

Hoc modo dicam breve. De Phoenicibus quidem, quibus Graecorum litterae deben-

quidem vulgata sententia multorum cum veterum, tum recentiorum firmata consensu, non modo Historiae sacrae non adversatur, verum etiam plane congruit. Atque illud ab iis, qui nulla praeiudicata opinione ducuntur non improbatum iri confidimus. Ut enim in Oriente, sive illa huiusce latissimae regionis plaga, quam Syriam appellabant Veteres, primorum hominum vetustissimarumque gentium origines quaerendae omnino sunt, ita & litterarum & artium & scientiarum incunabula.

His ita disputatis, satius dicendum existimo, Phoenices ipsos ab illis, quorum memini populis, litteras iam usque ab longa aetate edoctos, in Occidentem, Graeciam cumprimis easdem intulisse. Ac quod prisca illa ipsa Phoenicia fuerint elementa, quibus Hebraica gens antiquissimis temporibus utebatur, quorum tamen figura, cum apud Graecos, Etruscos atque Latinos veteres, tum apud ipsos Hebraeos, successu temporis, aliam atque aliam induerit, multa sane occurrunt, quae omnino mihi illud suadeant. Confer quæ hanc in rem attulimus *Des Titres primitifs de la Révélation*, tom. I. pag. 110. 111. 112. not. Adde Herodotum in *Terpsichore* seu *Histor*. lib. v. cap. VIII. pag. 309. = Cl. J. Bouhierium, *Dissert. de Priscis Graec. & Latin. Literis* §.67.

Sed est de litteris iisdem vetustis Phoenicio-Hebraicis magna virorum eruditorum dissensio. Nam perplures esse intelligo, qui litteras seu vulgares quadratas, ut aiunt, nostras אשוריות Assyriacas hodiernas, sive Chaldaicas fuisse putent. Qua de re consulendus imprimis Jo: Christ. Wolfius, *Biblioth. Hebraeae* vol. II. sect. VI. pag. 419. seqq. & 623. vol. IV. sect. ead. pag. 164. seqq. A quibus tamen doctis viris alii magno numero gravissi-

bentur, locupletissimi nobis testes sunt Herodotus, Diodorus Siculus, Plinius, Plutar-

vissimi Scriptores dissentiunt, quos quidem apud eund. Wolfium loc. cit. legere est. Adisis etiam Alberti Schultens praefationem, *Thom.Erpenii Grammaticae Arabicae* praemissam edit. II. Lugd. Batav. 1768. pag. xiv. seqq. & passim. = D.Beniamin. Kennicottum in *Dissert.* II. *super ratione Textus Hebr. Vet. Test.*, edit. latinae cap. I. pag. 142. seqq. = Cl. Bonifac. Finettum nostrum, *Trattato della lingua Ebraica, e sue affini* sect. v. §. x. pag. 109. seqq. = *Nouveau Traité de Diplomatique* tom. I. part. II. sect. II. cap. vI. pag. 592. seqq. = Jo. B. Bianconum *De Antiquis litteris Hebr.& Graecor.* edit.I. pag. 15. seqq. & 46. seq. edit. vero II. pag. 13. seqq. 40. seq. = D. Ianuar. Sixtum, *Trattato delle quattro nomate Gutturali lettere, e della sola vera in tutte le lingue Aspirazione* H. *Venezia* 1768. pag. 175. 322. seqq. 361. seq. = Cl. Franciscum Perezium Bayerium Archidiacon. Valentinum, *De Numis Hebraeo-Samaritanis* cap. I. pag. 3. not. & cap. xI. pag. 240. seqq. Cet.

Hoc breve dico. Ego eruditissimos viros sequutus, eorum lubens probo sententiam, atque amplector, qui litteras veteres Hebraeorum publica numquam fuisse auctoritate desertas & antiquatas tuentur: neque Esdram novas tradidisse litteras; sed ex iis, quae in numis, sive Siclis, vel Semisiclis Hebraicis exstant, quosque prae caeteris doctissimo atque egregio illustravit Commentario Cl.Franciscus Perezius Bayerius, splendido in opere iam ante laudato, paullulum immutari coeptis, commodo & celeritate scribendi, sensim efformatos esse characteres eos Judaicos, qui nunc etiam in usu veniunt. Quam scribendi varietatem, apud omnes gentes, quorum mores

tarchus, Tacitus, Pomponius Mela, Quintus Curtius, vetus Euripidis Scholiastes, Phi-

res novimus, nemo sane inficias ierit semper fuisse. Vide quae supra adnotavimus pag. 284. seq.

Re autem sic animadversa, nescio an quidquam sit aliud, quod ad litem de litterarum Samaritanarum & Chaldaicarum vetustate, tot scriptis, tantoque animorum aestu inter doctos viros elapso praesertim saeculo agitatam, melius componendam conferat. Neque enim ita existimo, quemquam futurum, qui cum hance apud Hebraeos litterarum mutationem diligenter expenderit, iudicet secus esse sentiendum.

Non moror Cl. Scipionem Maffeium, nihil omnino nisi obscuri, nisi plane incerti de prisca veterum, & Phoenicum, & Graecorum scriptione pronunciare nos posse contendentem, *Artis Criticae lapidariae* lib. III. cap. I. can. III. in *Nov. Thes. vet. inscript. Lud. ant. Muratorii supplement.* tom. I. col. 64. seqq. Fateor equidem monumenta ea deesse vetustissima, quibus primaeva illa ipsa eorumdem characterum forma probe definiatur. At inde quid contra vetustiorum Hebraeo-Phoeniciorum elementorum, ex quibus cetera alphabeta ortum certissime ducunt, veram antiquitatem efficiatur, assequi nullatenus queo. Mitto insuper quae de numismatis Hebraeo-Samariticis, ibid. col. 66., praeter rem disputat Cl. Maffeius, ac si a nemine fuisset demonstratum, qui veram eorum aetatem, qua cusa fuerint, attigisset. Quo de argumento legendus Cl. Bayerius loc. cit., qui rem plane ad veritatem confecit. Quamquam copiose sane a viris doctissimis minimeque obscure exposita iam antea fuisset de annis eorumdem numismatum ratio. Quare fit etiam ut haec Maffei de litterarum Hebraeo-Phoeniciarum, sive Samaritanarum, quas iidem numi exhibent, inconstanti

Philostratus, Clemens Alexandrinus, Hesychius, Suidas, Marius Victorinus, Isidorus Hi-

ti, ut ait, forma, non nutet modo, sed corruat quoque sententia.

Et sane Phoenicias illas litteras perinde atque scripturae modum a dextra sinistrorsum, universis gentibus cum ad Orientem sitis, uti Babyloniis, Chaldaeis, ceterisque Assyriis, aut Syris, quos inter Phoenices atque Hebraei adnumerabantur, communes primum fuisse, tum Graecis, Etruscis, Latinis, aliisque populis ad occidentem vergentibus, antiqua monumenta produnt, vetustissimaque opinio est, omnium etiam priscae aetatis Scriptorum consensione firmata.

Quod quidem, ut paucis rem efficiam, plane demonstrant illae inscriptiones, quas Herodotus ipse, *Hist.* lib.v.cap.LIX. pag. 309.seq.apud Thebas Boeotias in Ismenii Apollinis templo, litteris vetustis Cadmeis in Tripodibus quibusdam incisas, magna ex parte Ionicis consimiles sese vidisse memoriae prodidit. Istis autem inscriptionibus nihil esse litterarum apud Graecos vetustius, animadversum a viris doctis est.

Hinc facile cognoscitur, qua potissimum ratione in eam inductus fuerit Plinius sententiam, ut *semper fuisse litteras Assyrias*, sive Hebraeo-Phoenicias existimaret, quarum primi auctores ignorarentur & usus. Quod profecto quotus quisque est qui non videat, quantum ad verum accedat.

Quemadmodum igitur suis cum coloniis longe lateque per occidentem diffusis Hebraismum, sive linguam patriam Chananaeam Phoenices ubique disseminasse, ita & elementorum suorum multis populis communicasse, nullam omnino video caussam, quamobrem amplius dubitemus. De quibus adeundi Samuel Bochartus

Hiſpalenſis , aliique . Quae ſane horum Scriptorum ea in re conſensio , quanta ſit & ponde-

tus , *Phaleg.*, part.II. paſſim . = Ludovicus Thomaſſinus, *Gloſſar. univerſal.* edit. Pariſ. 1697. fol. praefat.part.III. pag. LXX. ſeqq. = Petrus Daniel Huetius , *Demonſtrat. Evangel.* propoſ. IV. cap.XIII. = Cl. Franciſcus Perezius Bayerius, *Del Alfabeto y lengua de los Fenices y de ſus colonias* , in extremo opere cum typorum elegantia,tum tabularum aeris inciſarum nitore, ſplendidiſſimo, atque inſcripto : *La coniuracion de Catilina , y la guerra de Iugurta por Cayo Saluſtio . En Madrid* 1772. pag. 337. ſeqq.

Quapropter manebit firmum , quod mox dicebamus , quodque eſt a veteribus litterarum mandatum monumentis , nempe a Phoeniciis litteris cetera vel omnium, vel plerarumque gentium,quae rerum geſtarum gloria antiquitus inclaruere , elementa eſſe repetenda .

Si quis autem a me quaerat , quae igitur litterarum fuerint prima initia , quae viciſſitudines , quique progreſſus , ante quam Phoenices eas Graeciae intuliſſent , is ſic habeat . Ego , quemadmodum ſuperius animadverti , litteras ab ultimis temporibus cenſeo . Nam quum vetuſtiſſima monumenta conſidero , quae Scriptor sacer paucis complexus eſt in Geneſeos praeſertim libro , primarumque gentium mores animo colligo , ſic equidem ſtatuo , ut neque recentem ortum litterarum Moyſis aetate , immo & Abrahami , ut nihil dicam amplius , neque tunc anguſtis finibus ipſas fuiſſe contentas putem . Qui tandem plura voluerit , is adeat eos Scriptores quos iamiam indicavi , ſupra pag.258. not. 2., quique de prima ſcribendi origine commentarios edidere .

Eſt praeterea alter nuperrimus Scriptor , ſcilicet Cl. Abbas Du Contant de la Molette , Vicarius Generalis

dere & auctoritate, nemo unus non videt. Igitur Ioannis Marshami Aegyptiacam Graecis

lis Viennensis, cuius de litterarum inventione & antiquitate Commentarius non est praetereundus. Vide eiusd. *Nouvelle méthode pour entrer dans le vrai sens de l'Ecriture Sainte*. *Paris* 1777. tom. I. cap. II. §. III. & IV. pag. 48. – 96. tum librum gallice inscriptum: *L'utilité des voyages. qui concerne la connoissance des médailles, inscriptions &c. par M. Baudelot De Dairval*. *Paris* 1692. tom. II. sive part. II. pag. 466. seqq. passim = Daniel. Geogr. Morhofium, *Polyhist. lit.* lib. IV. cap. I. pag. 721. Adde Cl. Ianuar. Sixtum in libro, qui *Trattato delle quattro nomate Gutturali* &c. inscribitur pag. 172. seqq. = Brianum Waltonum, *Apparat. Biblic. Prolegomen.* II. = Bonifacium Finetti Ord. Praed., *Trattato della lingua Hebr., e sue affini* sect. VI. §. VII. seqq. pag. 141. seqq.

Reliquum est, ut quae alio loco iam attigi, hic brevissime quoque declaranda aggrediar. Namque hactenus disputata de litteris, huic alteri argumento, quod tractaturum me (supra pag. 277. not. 1.) pollicitus fueram, coniunctissima sunt. Id quoniam adnotationis nostrae ratio patitur, faciendum nunc mihi esse intelligo. Rem paucissimis verbis absolvam.

Argumentum autem est huiusmodi: videlicet, an Cadmus, vel quisque tandem alius sub eo nomine latens קדם, quae vox hominem *Antiquum* vel *Orientalem* significat, an, inquam, primus in Graeciam litteras intulerit nec ne.

Principio certum est omnium fere Scriptorum vetustissimorum consensione, Graecos auctore Cadmo Phoenicio, quem Iosuae synchronum fuisse ferunt, a Phoenicibus litteras habuisse. A quorum veterum auctorita-

cis litteris originem tribuentis, Olai Rudbeckii vero, qui eas a Runicis veterum Gotho-

X rum

ritate viros eruditissimos intelligo stare plerosque, ut Sam. Bochartum, Ioseph. Scaligerum, Ezechiel. Spanhemium, Joan. Marshamum, Edmund. Chishullium, Gerardum Jo. Vossium, Claud. Salmasium, Brianum Waltonum, Bernard. Montfauconum, & Antonium Yvonem Goguettum praeclaro in libro, qui *De l'origine des Loix, des Arts & des Sciences* inscribitur, tom. II. lib. II. cap. VI. pag. 230., aliosque, quos praetereo; quibus assentitur P. Hieremias a Bennettis in *Chronol. & Critic. Histor. Sacr. & Profan.* part. I. tom. I. §. XIX. pag. 33. seq., quo loco variorum hanc in rem sat diligenter, ut solet, profert sententias. Fallitur tamen vir doctus, dum Gerardo Ioan. Wossio tribuit sententiam, contra atque hic ipse statuerat.

Qui tamen ita contra statuendum putant, ut Cadmo litteras in Graecia vetustiores fuisse pugnent, ii non tam veterum testimoniis, quam rationum momentis, multisque coniecturis rem definire nituntur. Alii etenim a Cecrope, quem primum Atticorum Regem perhibent marmora Arundelliana, Epocha I. sive anno ante Christum natum 1582. originem in Graecia repetunt litterarum. Alii denique multo ante a Pelasgis, qui, Plinio teste, *Hist. Natur.* lib. VII. cap. LVI. primi in Latium litteras quoque attulere, easdem Graciae inlatas asserunt. Quo certe revolvitur Cl. Ioan. Bouhierii omnis eodem de argumento disputatio prioribus praesertim paragraphis dissertationis suae *De Priscis Graecorum & Latinorum litteris*, comprehensa; a qua postrema sententia non abeunt permulti recentiores, uti Cl. Gorius, *Musei Etrusci* tom. II. pag. XXXIII., Ioan. B. Bianconus, *De antiquis litteris Hebr. & Graec.* pag. 41. edit. II. Omitto ceteros. Interea consulendi Cl. Auctores Novi tractatus Diplomaticae,

galli-

rum elementis profluxisse magna cum contentione asserit, utramque opinionem non moror.

gallice perscripti tom.I. part.II. sect.II. cap.IV. pag. 579. & cap.V. pag.580. seqq. tom. II.part. II. sect. III. cap. I. art. I. pag. 9. seqq. & pag. 25. & not. = Mazochius, *Commentar. in Aeneas Tabulas Heracleens.* part. I. pag. 120. not. 7. = Cl. Bonifacius Finetti noster, loc. iam cit. pag.147. seqq. = Ianuar. Sixtus, loc.etiam ante cit. pag.29.340. seq.352.seqq.

Hanc ego de litteris & earum communi origine, quum instituerim disputationem, danda mihi venia est, si alterum quaestionis genus huic finitimum, hoc loco non praetermisero. Hinc namque cognoscere quisque poterit, an Hebraeo-Phoeniciae litterae, sive a Cadmo, sive a Cecrope, vel tandem quacumque vetustiori aetate in Graeciam inlatae, Latinisque priscis atque Etruscis traditae, fuerint tantum sexdecim, scilicet: Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ι, Κ, Λ, Μ, Ν, Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ, quas deinceps Troianis temporibus & Palamedes Argivus auxit quatuor numero, nempe: Θ, Ξ, Φ, Χ; tot denique postea Simonides Melicus, aut Pherecides, aut Epicharmus, vel quisquis alius, videlicet: Ζ, Η, Ψ, Ω.

Etsi nullius fere momenti haec altera quaestio, prima specie, aliquibus fortassis videbitur, parumque digna homine, nisi qui ipse suo abutitur otio, mihi vero quoniam ad Hebraici Textus Veteris Testamenti auctoritatem maxime spectat atque integritatem, sane gravis semper visa est & magna. Res ergo omnino admonet me, ut de ea quidpiam disseram. Ne autem adnotatio haec nostra longius excurrat, argumentum ipsum leviter attingam.

Si Plinio, si Plutarcho, si Tacito, aliisque recentioris aetatis Scriptoribus, ut Eusebio, Cassiodoro, Ma-

ror. Haec, quia sine ratione, sine teste, sine coniectura aliqua gravi dicuntur, immo

Mario Victorino, Suidae; mitto ceteros: si horum, inquam, Scriptorum veterum testimoniis stare liceret, nullas sane alias priscas extitisse Cadmeo-Graecas litteras, praeter illas sexdecim, esset dicendum, quarum modo facta a me est commemoratio. Atque ego quidem quamquam vetustatem plurimi facio, maloque omnes rationes meas & coniecturas nihili pendere, quam ei quidquam detrahere auctoritatis; sum tamen ita comparatus, ut rebus omnibus veritatem, quae est omnium antiquissima, anteferendam putem.

Rem vero attente nullaque antecoepta opinione consideranti non una mihi succurrit ratio, cur hoc totum de sexdecim Cadmeo-Graecis elementis priscis veluti inventum habeam a vetustis praesertim Grammaticis excogitatum, at tabulis omnino dubiis planeque incertis; nolo enim gravius dicere. Qui enim Veterum, quorum vestigiis sequioris aevi Scriptores coeco quodam impetu institerunt, huiusce commenti meminerint, nihil habent de harum XVI. litterarum primis Auctoribus, numeroque ac forma earum, quas quisque invenerit, quod aut certum sit aut definitum. Modo namque octodecim ea etiam fuisse elementa, auctor est Aristoteles apud Plinium, *Hist.Nat.* lib.VII.cap.LVI., modo septemdecim numero illa extitisse, tradit Isodorus Hispalensis, *Origin.* lib. I. cap. III. Alii praeterea hos inter priscos characteres Cadmeo-Graecos collocant elementum Y, quod alii ab iisdem expungunt, litteram H ei sufficientes, de qua postrema, cuius origo a Phoenicibus certe est, veteres & recentiores Grammatici quasi concertationis studio modo aiunt hoc, modo illud. Quid enim vero Graeci veteres, quidque Latini prisci ad id bene

& cum antiquis monumentis aperte pugnant, criticorum hominum neminem futurum existimo,

declarandum potuissent, qui omnium fere antiquitatum suarum & linguae suae originum imperiti, de iis disputantes infinita peccarunt; quosque multa puerilibus refersisse fabulis scimus, quae Mythicis gesta temporibus tradidere memoriae posterorum? Non mirum igitur cuiquam videri debet, qui factum sit, ut tam variae fuerint veterum & recentiorum de re eadem interque se dissidentes sententiae, quarum singulas qui recensere vellet atque una componere, is operam luderet.

Ecquid tandem praesidii in testimoniis tam variis, tam incertis, quemadmodum recte animadversum a Dionysio Halycarnasseo est, Περὶ συντέσεως ὀνομάτων, sive *De compositione verborum*, operum edit. Oxoniens. 1704. tom. II. pag. 21., collocatum esse existimabunt adversae sententiae patroni, ut illas sexdecim tantum litteras fuisse priscas efficiant, quibus Cadmeum Alphabetum Graeciae inlatum initio constiterit?

Herodotus sane, Auctor imprimis vetus, qui anno III. nempe Olympiadis LXXXIII. floruit, sive anno ante C. N. 469., ac Diodorus Siculus sub Iulio Caesare, & Augusto clarus; hi, inquam, duo Scriptores, qui litteras, & quidem unanimi Veterum consensione, quod certe maximi est ponderis, a Cadmo Graecis primum traditas asseruere, ille lib. V. cap. LVIII. pag. 309., hic lib. III. & V. pag. 200. 328. & 341. de earum prorsus silent numero. Quid? Esse ne credibile putamus, tale diagramma Græco-Cadmeum, quale fingunt permulti, negligi horum duorum celebrium scriptorum silentio potuisse, quos & Aristotelis præsertim de octodecim iisdem Litteris opinionem ignorasse, mihi quidem non sit verisimile? Tota ergo illa de elementis priscis Graeco-Cadmeis sexdecim nu-

ſtimo , qui eſſe credenda putet, atque ab noſtra umquam abeat ſententia . Qui autem

X 3 prae

numero a Plinio atque Plutarcho excogitata , animadverſio commentitia ſit oportet .

Quare quod dicunt hoc fuiſſe purum putum NATURAE ATQUE ORBIS Alphabetum , uti placet imprimis Edm. Chishullio , *Antiquit. Aſiatic.* §. XIX. pag. 25. tum D. Court de Gebelin , *Monde primitif*, *origine du Langage* , tom. III. lib. V. ſect. II. cap. VIII. ſeqq. pag.412. ſeqq., eiuſdem generis eſſe arbitror atque ea multa a Veteribus prodita ſine auctore locuplete & teſte . Conſiſtunt namque aut in uno Plinio , aut in uno Plutarcho, aut in uno Tacito, quos adprobatores huiuſce commenti nominant , neque Veterem habent ullum , praeter Ariſtotelem , niſi ego vehementer fallor, at hac in re non veriorem , qui tamen , ut iam oſtenſum eſt , octodecim litteras contendit priſcas . Quid multa ? Plura adducunt,quae lubrica atque ambagioſa coniectatione nituntur . Quamquam tractantur iſta ingenioſe , diſputantur etiam eleganter , verum irrito conatu , mea quidem ſententia ; quod Cl. Viri amiciſſimique Court de Gebelin pace dixerim .

Quod autem adiungunt, nullas primitus litteras, niſi quae omnino neceſſariae eſſent, receptas fuiſſe; vereor ne reipſa efficiat quod ipſi contendunt. Quis etenim ſumma in ea rerum antiquitate , quae litterae fuerint omnino neceſſariae , quae vero ſuperfluae , definire nunc certe poterit ? ſi nullum tantae vetuſtati ſuppar , praeter Moyſis libros , antiquiſſimis iſtis temporibus , & ſermone & characteribus Hebraicis , ſive Chananeo-Phoeniciis deſcriptos , monumentum adſit , quo linguam ipſam Cadmeo-Graecam cognoſcamus , & ſonos varios ,

qui-

prae ceteris Rudbeckii & Marshami opinatio-nibus, quarum modo memini, cumulate satis-
fe-

quibus eius priscae litterae in signa peculiaria iam relatae atque in ordinem digestae, voce, eloquio & scriptione exprimerentur.

Atque ego quoties in huiusce opinationis, quam viri doctissimi sequuti sunt, originem inquiro, veteres Grammaticos, quibus errans de priscis Cadmeis litteris & vaga erat memoria, nullaque stabilis certaque sententia, in numerandis iis elementis, quibus Graecorum Alphabetum vetus initio constitisse rebantur, tria Ἐπίσημα sive notas aut signa Βαῦ, Σάμπι & Κόππα, eorum aetate numeris tantum denotandis inservientia, in litterarum censum nullatenus retulisse animadverto. Quamquam potestate quoque sonos vocum significandi, perinde atque elementa Hebraeo-Phoenicia *Vau*, *Tsade* & *Koph* ו, צ, ק, quibus omnino respondent, antiquitus valuisse, eoque plane modo, quo apud Hebraeos, Phoenices, Syros, Samaritanos, aliosque in usu semper venit, rem esse manifestam atque exploratissimam censeo. Idque eruditos viros negasse piget, uti Gerardum Ioannem Vossium imprimis, & Cl. Montfauconum & D. Placentinium, *Epitom. Palaeogr. Graec.* cap. I. pag. 6. & 10. Mitto ceteros. Quod tamen Cl. Mazochium non fugit, qui *in Heracleens. Tabul. Commentar.* part. I. pag. 130. rem illam ipsam vetustiorum nummorum Crotoniatarum auctoritate praeclare confirmat.

Ad Typum autem Βαῦ, quod attinet, vel Digamma Aeolicum F, a duplicis Γ *Gamma* similitudine nuncupatum; hunc typum, inquam, sive Episemon ϛ, Graeco in Alphabeto iam inde a multa aetate obvium, senarium numerum referens τοῦ *Vau* ו Phoenicio-Hebraici, ex quo duxit originem, eiusdemque numeri notam

fecit, Cl. Ioannes Bouhierius est in disserta- tione sua doctissima *De Priscis Hebraeorum*, &

tam signantis, locum occupare, munusque sustinere, & figura & nomen plane demonstrant. Quodquidem de Graecorum litteris *Zita*, *Thita* & quoque *Xi*, Z, Θ, Ξ, Hebraeorum vero *Zain*, *Theth* & *Samech* ז, ט, ס, dicendum res ipsa declarat. Namque non nomine modo, sed & figura, quamvis paulisper immutata, Hebraicae sunt aut Phoeniciae, uti & Graecae ceterae ex Hebraicis certe natae, littera imprimis *Kappa* K, sive כ *Caph* iudaicum. Quae res cum demonstrata ab aliis fuerit, longiori oratione mea non eget.

De aliis duobus Episemis Σάνπι & Κόππα, quorum istud nonagesimum, illud vero nongentesimum indicat numerum, cum res notissima sit, non arbitror plura dicere, ne iis, rebus levibus fortasse & minutis nimium immorer. De quibus tamen notis adeundi Vossius *de Arte Grammat.* lib. I. cap. XXIII. = Bernard. De Montfaucon, *Palaeograph. Graec.* lib. II. cap. III. pag. 128. & 130. = doctiss. Ioan. Bouhierius, *Dissert. de Priscis Graec. & Latin. literis* §. 56. & 57., & qui prae ceteris rem egregie illustrat, pluraque atque optima adducit, quae ad rem nostram apprime faciunt, Cl. Ianuarius Sixtus in Tractatu, qui *Delle quattro Dentali* inscribitur, praefat. pag. XIII. seqq. operis vero pag. 14. 20. seq. 24. seq. 47. seqq. 127. seqq. & alibi passim.

Iam vero quum illa Episema, ceteraque elementa, quorum, ne nimius essem, brevibus memini Cadmeo-Graeci Alphabeti partem revera primitus constituerint, uti Cl. Bouhierius praesertim, loc. cit. §. 52. seqq. pluribus demonstravit, quid sit de Plinii, Taciti, Plutarchi aliorumque testimoniis sentiendum, satis perspicua est ratio. Sequuti enim aliquot veteres Grammaticos

Latinorum litteris , cuius quidem diſſertationis ſecundus & tertius paragraphus quantum ho-

ticos ii ſunt de rebus a ſua aetate maxime remotis , dubia atque incerta memoria diſſerentes . Ergo non illorum pluris quam ſit auctoritas facienda . Qua de re conſule Cl.Ab. Barthelemy,*Rermarques ſur une inſcription Grecque &c. Mém. de littér.* tom. xxııI. pag. 420. ſeqq. = Ioan. Clericum, *Bibliothèque Choiſie* tom.xI. pag.39.ſeq. = Doctiſs.Goguet , *Origine des Loix , des Arts & des Sciences* , tom.ıI. lib.ıI. cap. vI.pag.231.ſeq. = *Nouveau Traité de Diplomatique*, tom.ıI.part. ſect.ııI. cap.I. pag. 14. ſeq. = Ludovicum Bourguetium, *Lettre ſur l'Alphabet Etruſque* , *Bibliothèque Italique* tom. xvııI. pag. 52. ſeqq.

Sed age videamus , quid praeterea opponant nonnulli eruditi viri , cuique plurimum tribuunt . Etenim ope quoque nummorum , uti Graecorum , Etruſcorum , Hebraeo-Samaritanorum , atque inſcriptionum vetuſtioris aetatis rem confici arbitrantur . Haec ſcilicet duo illa ſunt imprimis argumenta , quibus primaevi NATURAE ET ORBIS Alphabetum , atque veteris Graeco-Cadmeo-Phoenicio-Hebraici Edmundus Chiſhullius, loc.cit. p.24.,J.B. Bianconus , *De Antiquis litter. Hebr. & Graec.* pag.41. edit. ıI. aliique contendunt ſexdecim , aut ſummum ſeptemdecim litterarum demonſtrari veritatem poſſe . At enim utrum horum argumentorum magis efficiat quod ipſi volunt , neſcio ; credo plus neutrum .

De primo quidem , iam paullo ante ſatis dictum eſt . Secundum vero quibus tandem rationum momentis concludi , aut veterum nummorum inſcriptorumque monumentorum confirmari auctoritate queat , hactenus non percipio . Qui enim ſic ſtatuunt , non animadver- tunt

horum duumvirorum de eodem argumento in errore fuerit ſententia, paucis diſtinctè egregieque exponit.

Ad

tunt illa ipſa monumenta, quae adducunt, longe aliter eſſe quam eorum ferat opinio. Magna profecto eſt vis vetuſtatis. At quantaelibet vetuſtatis ſint eadem monumenta, non tantae tamen ſunt quanta eſſet opus, neque talia, ut iis alicuius gentis res litteraria antiquiſſima iuſto ſit aeſtimanda, quique verus elementorum numerus eius Alphabeto primum inſtiterit, cognoſcamus.

Quid ego igitur veteres nummos, uti Tyrios, Sidonios, Hiſpano-Phoenicios, Punicos, Graecos alioſque priſcae aetatis morer? qui etiam ſi iam a primis uſque conditae cuiuslibet gentis temporibus cuſi fuiſſent, huic tractationi vix ac ne vix quidem lucem affunderent aliquam. Quid reipſa pauciſſimis ex vocibus ſequi, inſcriptis iis in nummis aliiſque monumentis obviis, certi rentur, quo argumentum tam obſcurum concludant, ne minima quidem ſimilitudine veri? Ut enim certo, horum ſententia, ſtatui poſſet, neceſſe ſane foret, ut ſcripta longiora antiqua eius aetatis exſtarent aliqua, ex quibus colligi probe poſſet litterarum ſermonis illius numerus. Quamobrem quum aliquot veterum auctoritate nihil queant efficere, careantque non monumentis modo, ſed etiam coniecturis, quibus probabilem reddant opinionem ſuam de vetere illo praeſertim Alphabeto Cadmeo-Graeco-Etruſco-Phoenicio-Hebraico; conſequens omnino eſt, talem litterarum numerum commentitium eſſe.

Novi tamen qua ſint erupturi. Ad monumenta nempe Etruſca fortaſſis primum confugient. At vereor, ut ſint futura, quae ipſis nullo modo eſſe praeſidio poſſint. Sed eſto. De iis autem Etruſcis monumentis quorum certe eſt auctoritas explorata, aliter eſſe rem poſſe, equidem

Ad Phoenices igitur nos conferamus.. Eorum namque litteris usos vetustissimos Grae-

dem fateor. Ipsa namque multa sunt : Vocabulis praeterea abundant plurimis, quibus, qui fuerit Thuscarum litterarum numerus, aliquo modo colligatur. Sed vera dixerint qui Etrusca illustrarunt monumenta. Quid? An Gorio potius, pro xvI. elementis linquae Thuscae pugnanti, vel Chishullio ipsas xvIII. fuisse contendenti, quam Maffeio, qui xxI. litteras facit, quam Lud. Bourguetio, qui xxIv. vult, aut denique Auctoribus novi Tractatus Diplomaticae rei, xxv. elementis Etruscum Alphabetum coalescens exhibentibus, habebimus fidem? Qua de re quidem in diversis diversa legi, quorum singulorum opiniones ponere nolo. Nam de omnibus dicere non est necesse. Consulatur tamen Gorii ipsius *Museum Etruscum*, tom. I. pag. xLvIIII. seq. & tom. II. pag. 405. seqq. = eiusdem *Difesa dell'Alfabeto degli Antichi Toscani*, Praefat. pag. cxxxvII. seqq. operis vero pag. 10. seqq. 23. seqq. = Scipio Maffeius, *Osservazioni Letterarie*, tom. v. pag. 301. seqq. = Ludov. Bourguetius, *Dissertazione sopra l'Alfabeto Etrusco*, *Saggi di Dissertaz. Academ. di Cortona*, tom. I. pag. 1. seqq. = *Bibliothéque Italique*, tom. xvIII. pag. 1. seqq. = *Nouveau Traité de Diplomatique*, tom. I. part. I. sect. II. cap. xII. pag. 661. seqq. & tom. II. part. II. sect. III. cap. II. pag. 71. seqq. = D. Jo. Christoph. Amadutius, *Alphabet. vet. Etruscor.* edit. II. §. 5. pag. 33. seqq. Qui postremus Scriptor nec illud ipsum Alphabetum Gorianum, cui ipse inhaeret, omni exceptione tamen immune esse, ingenue fatetur; & sapienter sane: non potuit melius. Quid igitur? Si ne id quidem est exploratum ita esse ut contendit Gorius; cur reiici Bourguetii imprimis sententia de xxIv. Etruscis elementis debeat, potior erit ratio? Nam illud non intelligo, quam-

Graecos fuisse atque Etruscos, ut omittam gentes ceteras, monumenta antiquissima testan-

quamobrem, si numerum harum litterarum definire non possunt, errare velint: aut cur non eam tenere sententiam arbitrentur, quae reipsa maiori tueatur similitudine veri.

Ergo cogitanti mihi, saepeque animo repetenti quae a viris doctis de litteris veterum Graecorum, Etruscorum & Phoenicum sive Hebraeorum varie dicta sunt, ea tandem sententia visa est propius ad veritatem accedere, quae litteras primigenias numero XXII. fuisse defenderet. Satisque mirari non possum, effugisse multorum criticorum virorum oculos huiusce de XVI. tantum litteris priscis commenti originem; illosque in eam inductos hinc fuisse opinionem, ut Hebraei totidem litteras & non amplius habuerint priscis temporibus. Atque ea ratione ex Hebraeo vetere Alphabeto elementa ו,ז,ט,כ,ס,צ, *Vau*, *Zain*, *Theth*, *Caph*, *Samech*, & *Tsade*, aut τὸ פ *Phe*, loco τοῦ ו *Vau*, horum Scriptorum sententia, prorsus exsulatum veniunt; Hebraicamque antiquam scriptionem sic confingunt atque comminiscuntur, ut ab omni retro tempore ante Captivitatem Babylonicam, non Moysis modo & prophetarum aevo, sed etiam paucis ante natum Servatorem saeculis, Machabaeorum nempe aetate, iisdem omnino sex aut certe quinque caruerint litteris; sine iisque Hebraicus sermo recte exprimi & voce & scripto posset. Quod si autem ea elementa secundaria, aut superflua, ut ea appellant, ad Hebraicum Alphabetum aliquando accessissent, eadem adiecta tantum fuisse plenioris soni gratia, pugnat cumprimis J. B. Bianconus, loc. cit., qui tamen sibi suaeque hypothesi diffidens, dubius atque haesitans ipsam proponit. At Anglus Chishullius de sua coniectura confiden-

ſtantur. Qua vero potiſſimum aetate Graeci populi imprimis litteras ipſas Phoenicias habue-

fidentius pronunciat *Antiquitat. Aſiatic.* §. XIV. pag. 26. Etſi litteras nonniſi quinque ex Alphabeto Hebraeorum veterum reſecat, admiſſo nimirum elemento כ *Caph*, reiectis vero ז, ט, ס, צ, & ק, *Zain*, *Theth*, *Samech*, *Tſade* & *Koph*, Chishullius tamen ſuos Maſſorethas commentatur, qui datis novis legibus linguam Hebraeorum ipſorum tandem iam demortuam refinxerint, novaque ea elementa ſecundaria excogitarint.

Neque obſtat, quod nonnulli Pſalmi, ſcilicet; Hebr. IX. XXV. XXXVI. XXXVII. & CXVIII. initium verſuum praefixas teneant ſingulas viginti Alphabeti litteras, ita ut more quaſi dicam Acroſticho, ſive Alphabetico deſcribantur. Cuius quidem ſingularis ſcripturae rationis exemplum alterum ſat luculentum habemus non in iis Pſalmis modo, verum etiam in Jeremiae & Proverbiorum libris, uti mox dicetur. Quod ſane illarum litterarum Hebraicarum antiquiſſimam prodit aetatem, ut quae ab eorumdem Pſalmorum & librorum divinis Auctoribus ortum certe ducant. Si qua enim eſt ratio, ut cetera mittam argumenta, quae illud efficiat, ea profecto eſt.

At haec, quamquam maximi ponderis, Chishullium non morantur, immo vero neque J. B. Bianconum; ille inquam, ut iam dixi, ipſos ſuos Maſſorethas fingit, iiſdem pſalmis eam Acroſticham rationem intertexuiſſe, atque ita divina ea Cantica, ſecus ac vetus eorum & primaevus vocum ſcriptionis modus prorſus poſceret, paululum immutaſſe defendit. Quod pariter de Threnis Ieremiae integrum Hebraicum Alphabetum quater exhibentibus, deque XXXI. capite Proverbiorum libri eſſet dicendum, quin etiam de toto ſacrorum

buerint, vix definire audeo. Quamquam ad eam opinionem facile accederem, quae, Hebrae-

rum Librorum Veteris Testamenti contextu, omnino patet. Etenim nulla in eis pagina est, aut nullum caput, quod litteras viginti duas non praeseferat. Atque hinc fiet consequens, ut ipsam veterem linguam Hebraicam & libros ipsos Moysis & Prophetarum, ceterorumque Scriptorum sacrorum novos illos Chishullianos Massorethas novis suis litteris, Hebraico sermoni antea prorsus ignotis, arbitratu suo prorsus refinxisse, immutasse, susdeque tandem pervertisse oporteat. Quod quam ineptum, quam absurdum, quamque divinorum Eloquiorum auctoritati adversum videatur atque integritati, quis est, aut quotus quisque, qui non percipiat?

Quod tale inde consequens esset, vidit sane Chishullius, vidit quoque & J. B. Bianconus; quamquam illud ipsum silentio simulanter praetermiserint. Uterque autem in praeconcepta ea opinione tuenda perstantes, quod Hebraei veteres & Phoenicii, uti & prisci Graeci, quique ex iis gentibus mutuas sumsere litteras Etrusci ac Latini, sive Umbri & Aborigenes, elementa tantum XVI. aut summum XVII. in censum habuissent, nodum in scirpo quaerunt. Chishullius quidem dum haec disputat, omnia miscet atque perturbat; voluminibus sacris Hebraicis summam reipsa conflat iniuriam; & in tanta secum conflictione, quove trahatur animi suspensione, an Davidis, an Cadmi, an Moysis tempore litterae Hebraicae XXII. fuissent numero, nodum dissolvere non valens, latentem in puteo profunde demersam hanc veritatem tandem relinquit. At quam infeliciter!

Quonam etenim modo liberabit sese Chishullius ab omnis novitatis invidia? Verum sese vertat quo ille ipse voluerit, ut textui Hebraico eius integritatem conservare

braeorum Ducis Iosue circiter temporibus, Graecos sic edoctos fuisse statuat.

At

re valeat debitamque reverentiam, coniecturam suam a periculo vix prohibebit, quippe quae omnem linguae veteris Hebraicae rationem pervertere videatur.

Enim vero elementa ipsa quaenam sunt obsecro, nisi *Indices rerum & signa verborum*, ut ait Isidorus Hispalensis, *Origin.* lib.I. cap.III. Quacumque igitur figura efformatae fuerint litterae, sive Hebraeo-Phoeniciae sint aut veteres Samaritanae, sive Assyriacae, sive Iudaicae, sive Syriacae, sive Arabicae, sive tandem Graecae, & Latinae; quocumque etiam appellentur nomine; haec sane singula, ut bene notat Vossius, *De Arte Grammatica* lib. I. cap. XII. sunt mera accidentia litterarum. Quamquam etiam sunt litterae simplices vel duplices, ut loquuntur Grammatici, vel eiusdem organi, aut suis affines. Attamen non plenioris soni gratia modo excogitatae fuere atque inventae, qualescumque denique sint, neque vocum mollius leniusque, vel fortiori adspiratione proferendarum caussa tantum, uti pro suis secundariis, aut adscititiis, aut superfluis elementis pugnant Chishullius & Bianconus; sed etiam, ex una pluribusve syllabis vocem ipsam iam componentes, vera utique, ex hominum instituto, potestate gaudent nova vocabula, novos quoque sensus edendi, vimque, ut ita dicam, insitam significandi reipsa habent, vel potius innatam proprietatem. Quae quidem potestas non accidens est, sed forma *essentialis* litterarum, quemadmodum ab eodem Vossio, loc. cit. cap. XXVIII. animadversum est. Profecto ludimur, si serio aliter putamus.

Atque ut unum afferam exemplum, nihil sit, ex Chishullii aliorumque sententia, Hebraica littera ת *Tau*, quam ט *Theth* cum adspiratione leni; quae quidem una illa-

At ego, qui in hocce quaestionis genere nihil nisi probabile sequi, nec ultra quam

illarum litterarum est, quam ex veteri Hebraeorum Alphabeto expungunt: idem ne verborum sensus vis erit vocum τῶν טלה *Thalà* & חלה *Talà*, quarum illa τὸν *Agnum*, haec vero τὸ *suspendit* significat? Sed desino. Non est autem necesse, ut sim in apertissimis rebus longior. Immensa ferme vocum seges est, quae ex una, aut altera quinque vel sex litterarum, quas superfluas praepostere appellant, atque hoc pacto repudiant, componuntur, uti cuicumque, qui Hebraica sacra volumina primis degustavit labiis, evidenter patet, quibusque haec res illustrari egregie posset.

Et quidem, ut brevibus dicam, ex allato uno exemplo satis effici videtur, litteram ט *Theth*, uti & ceteras, quas aiunt duplices, ז *Zain*, nempe & צ *Tsade*, & tres molliores seu leniter adspiratas כ, ס, פ, *Caph*, *Samech*, *Phe*, Hebraeorum veterum scriptioni, immo vero & eorum linguae, cum praeter numerum, tum praeter adspirationem aut lenem, aut fortem, revera aliquid addere, quod orationem variet; sed ita ut nomina & verba, quibus inhaerent eadem elementa, novam & necessariam accipiant significandi vim, habeantque potestatem. Quod si ita est, quid est caussae, quamobrem e veteri Hebraeorum Alphabeto illa elementa, quae iam supra enumeravi, tollere liceat?

At ne de integritate primaevi NATURAE ATQUE ORBIS ALPHABETI quidquam detrahere videantur Edmundus Chishullius & I. B. Bianconus, illud est reliqui, ut tandem dicant, has litteras etsi numero sexdecim, aut septemdecim, praeter eam propriam & distinctam, quam in sua serie habent potestatem, uti loquitur Chishullius ipse loco citato pag. 24., ceterarum quinque vel sex veteri

quam id verisimile occurrerit progredi possum, nolo in eodem copiosius operam locare.

teri ex Alphabeto expungendarum, munus ab intiio implevisse. Namque litterae dentales ז, ס, & צ *Zain*, *Samech*, & *Tsade*, illo ipso Chishullio adserente, nonnisi primariam dentalem ש *Schin*, diversimode sibilantem, duaeque illae ט & ק *Theth* & *Koph* alias duas כ, ת *Caph*, *Tau* referunt, quoad sonum saltem & potestatem. Ex quo plane intelligitur, ita comparatam esse, Chishullii & Bianconi sententiam, ut primaevum suum Alphabetum vigintiduas litterarum Hebraicarum potestates reipsa habuerit; quamquam XVII. tantum characterum signa repraesentaret. Atque eo pacto veteres Hebraei, antequam illas secundarias litteras adscivissent, cum sermonem suum sine iisdem novis signis, ut ait Bianconus loc. cit. pag. 41. edit. II., tum libros Moysis & Prophetarum sic purius simpliciusque descriptos, voce & scriptione optime exprimere, intelligereque poterant, non aliter atque ceteri Hebraei sequioris aetatis.

Quid igitur? eorum sententia, ita enim fiet, nulla ut difficultas, supersit, quae nos deterreat ab ea opinione tuenda, quae litteras sexdecim tantum vel septemdecim veteres defendat. Atque hoc pacto Hebraici Textus integritatem afferere arbitrantur. Qua vero ratione effici id recte potuerit, salva reapse Hebraici Textus integritate, quam vellem explicassent Chishullius & Bianconus; quave aetate, quove auctore in lingua Hebraeorum atque eorum litteris tanta fuerit facta mutatio, ut veteri Hebraico Alphabeto sex vel quinque nova elementa tandem accessissent? Neque magis equidem intelligo, quo modo illud explicari bene queat, si illis ipsis primigeniis litteris, quas olim duplici munere functas fuisse, quasque ceterarum adscititiarum, vicem explevisse pugnabunt, nova

re . Sunt enim ii hoc labore egregie perfuncti , quos paullo ante in subiecta adnotatione

Y in-

nova vocabula novosque sensus exprimendi denegamus vim & potestatem . Nam qua tandem potissimum ratione id integritatem Veritatis Hebraicae ad salvandam fieri putant posse , ii considerent quam verum sit ; mihi autem ne veri quidem sit simile .

Ut igitur omni molestia saltem expediant sese adversae sententiae patroni , quo novitatis invidiam declinare valeant , suamque opinionem praesidio muniant aliquo , Hebraicique Textus servetur ipsa integritas ; eam vim sive potestatem , quam ex illis ipsis quæro , iisdem litteris primaevis subiectam fuisse , praeter adspirationem lenem aut fortem , fateantur oportet omnino .

Quare , ne iis in rebus grammaticalibus operam maiorem , quam par est , conteramus , demus tandem hoc sane Adversariis , ut nonnulla , eo adspirata , quo contendunt modo , eadem elementa prisci Hebraici Alphabeti sub una eademque figura & nomine , duplici illa gauderent potestate , quam volumus , & caussae ratio postulat ; (rem enim opinor spectari oportere , non verba) quid inde erit consequens , nullo quoque modo intelligo , nisi in veteri Hebraeorum Alphabeto ea primigenia elementa notis quibusdam sive punctis Diacriticis initio insignita fuisse dicatur ? Quis autem Hebraeorum vetustae eius aetatis absque iis punctis vel notis Diacriticis litteras eiusdem formae & nominis , variasque eius internoscere vices potuisset , quamquam alioqui grammaticis praeceptionibus apprime imbutus ? Oedipo , crede mihi , coniectore opus fuisset , ut scripta & Moysis & Prophetarum & ceterorum divinorum Auctorum hisce prorsus destitutus praesidiis umquam percepisset .

Ad illa igitur puncta Diacritica omnino etiam devenia-

indicavi Scriptores. Hoc dicam semper; quocumque tempore, & Graeci & Latini & Etru-

veniamus necesse est, quibus notis sic distincta ea antiqua & primigenia Hebraeorum elementa vero suo functi fuissent officio. Quod profecto Syrorum exemplo ornari maxime posset, qui duo elementa ܕ *Dolath* & ܪ *Risch*, puncto varie collocato, tantum distingunt; quin immo Arabicae scripturae altero potiori exemplo, quae viginti & octo in suo Alphabeto litteras quidem numerat, quarum tamen quindecim dumtaxat diversa exprimuntur forma atque figura, cetera autem modo uno, modo duobus punctis, modo tribus, aut superne, aut inferne, aut interne positis, ut in elemento ج *Gjim*, discriminantur. Mitto quae de litteris Cuficis hanc in rem adduci quoque possent. Ut autem in hoc alterove Cufici & Arabici Alphabeti exemplo, quod protuli, praesidium quaerant aliqui opinationis suae neutiquam vereor. Namque harum litterarum peritissimi optime norunt utriusque Alphabeti recentem originem, a litteris nempe Syriacis Estranghelis. Quam rem egregie illustravit doctissimus amicissimusque Iacobus Georgius Christianus Adler in Diatribe, quam inscripsit: *Descriptio Codicum quorumdam Cuficorum partes Corani exhibentium in Bibliotheca regia Hafniensi, & ex iisdem de Scriptura Cufica Arabum observationes novae. Praemittitur disquisitio generalis de arte scribendi apud Arabes ex ipsis Auctoribus Arabicis iisque adhuc ineditis sumta*. *Altonae* 1780. in 4. pagg. 34. Legendusque est eiusdem *Museum Cuficum Borgianum*, nunc hoc ipso Ianuario mense progrediente novi anni 1782. sub praelo sudans, pag. 34. seq. not. 58., quo loco postremo quam lubrico fundamento, re multo magis quam verbis hactenus refutata opinio nitatur, idem Cl. vir brevibus complexus est. De qua Scriptura Cufica

& Etrusci populi suas habuerint litteras, non ab aliis quam a Phoeniciis eas esse omnino

Y 2 re-

sica & Arabica adeas quoque Cl. Michaelem Casirum, *Bibliothecae Arabico-Hispanicae Escurialensis* tom. II. pag. 25. Matriti 1770. =Cl. Niebuhr, *Description de l' Arabie d'après les observations & recherches faites dans le pays même . A Copenhaque* 1773.in 4.praefat.pag.XXIII. operis pag. 83. seqq.

Quod si ad eam, cuius memini , Diacriticorum punctorum rationem confugiat Edmund.Chishullius; quo tandem monumento veterum Hebraeorum aut aliarum gentium vetustissimarum rem ipsam efficiat , equidem non video . Neque vero quemquam arbitror futurum, qui aliqua gravi ostendere coniectura illum Diacriticorum punctorum modum in ipsis litteris , quas Hebraici Alphabeti primarias vocant , vetustissimis temporibus obtinuisse , existimet posse . Enim vero rem ita sese habuisse Moysis, cum Prophetarum tum ceterorum Scriptorum sacrorum aetate , quis usquam ostendat ? Illarum autem notarum Diacriticarum , quibus ambigua quaedam verba in locis praesertim alicuius momenti, eorum lectionis iuvandae definiendaeque caussa, ante Punctorum *Vocalium* inventionem insigniebant Hebraei veteres , ut ea non possent in duas pluresve sententias accipi , sed verus eorum sensus ac vis statim animo perciperentur ,dissimilis prorsus est ratio . Eiuscemodi vero notas , sive signa in sacris voluminibus suis Iudaeos ipsos Divi Hieronymi aetate usurpasse , gravissimis rationum momentis demonstravit vir doctrina & eruditione omnigena praestantissimus Cl. Ludovicus Dupuy , Academiae Regiae Parisiensis Inscriptionum & humaniorum litterarum perpetuo a secretis. Digna sane quae legatur eius de hoc argumento Gallice perscripta lucubratio , scilicet : *Disser-*

repetendas , illud ipſum eſt , quod tamquam exploratum atque inconcuſſum tenendum exiſtimo . Quod

ſertation philologique & critique ſur les Voyelles de la Langue Hébraique , & des langues Orientales , qui ont une liaiſon intime avec elle, cap. III. *Mémoire de littérature* eiuſd. Academiae tom.xxxvI. pag.275.ſeqq.Conſulatur quoque huius eruditi Viri *Lettre à MM. les Auteurs du journal des Savans*, ſeorſim edita in 4. pag. 2. ſeqq. = & in Diario ſive Commentariis eorumdem eruditorum menſe Novembr. an. 1776. pag. 2183. ſeqq. edit. Pariſ. in 12. Cuius quidem utriuſque Diſſertationis exemplum, Cl.Auctoris ſummae comitati atque facilitati acceptam unice refero . Ceterum eadem de re confer quoque Ianuar. Sixtum , *Trattato delle quattro Dentali* pag.97. ſeqq.

Quamobrem , cum nihil definiri de illis ipſis Diacriticis punctis , quorum paullo ante memini , umquam poſſit ; quid eſt etiam cauſſæ , cur tantum praeſidii in illa primigeniarum litterarum duplici poteſtate, tandem collocetur ? Quare tota illa Chishullii , Bianconi & Ogerii de earumdem litterarum Hebraicarum priſco numero falſa eſt ratio .

Non dubito futuros pleroſque, qui ex hactenus diſputatis contra Edmund. Chishullium , & Iohannem Baptiſtam Bianconum , ſatis eorum de vetuſtis Hebraicis litteris coniectationibus ita feciſſe me arbitrentur , ut plura eo loco commentari ſupervacaneum prorſus iudicent. Verumtamen ne quod in argumento ſit praecipuum, me levius attigiſſe cuipiam fortaſſis videatur, extremum eſt , ut quae ad Nummos Hebraeo-Samaritanos attinent breviſſimis verbis abſolvam . Quos quidem Nummos Edmund. Chishullius imprimis , loco ſupra cit. pag. 24. 25. & 26. , & poſt ipſum Bianconum doctus P. Paulus Maria

Quod si paullo longiori oratione, multa ad hoc argumentum facientia complexi

 ad-

ria Ogerius in opere suo inscripto: *Graeca & Latina lingua Hebraizantes*, cap. IV. pag. 57., & cap. XI. pag. 159. sperant sententiae suae praesidio magno & firmo fore.

Hebraeo-Samaritanos nummos, de quibus instituendus nobis sermo est, quorum γνησιότης testata est atque explorata, ab Hasmonaeis, seu Machabaeis principibus, aut ab Herodibus Iudeorum Ethnarchis percussos fuisse, a viris doctis animadversum est. Horumque omnium una eademque est indoles. Namque si uno obtutu eos complectamur, nisi pro annorum diversitate, qua cusi fuere, nihil invicem distare, aut differre iidem deprehenduntur. Paucissimisque admodum exceptis, quos sub Iohanne, cognomento Hyrcano, Simonis filio, & Alexandro Iannaeo, & Aristobulo iuniori, & Antigono huius filio, Hasmoneorum postremo, excussos volunt; ceteri omnes nummi ad primum שנת אחת לגאלת ישראל *liberationis Israelis* a servitutis iugo, seu principatus Simonis Machabaei annum, idest CLXX. Aerae Graecorum sive Seleucidarum, ante Christum natum CXLIII., pertinent; vel ad secundum, tertium & quartum eiusdem Simonis annum sunt referendi, uti ab eruditis viris ac praestantibus Antiquariis egregie est demonstratum. Hisce ego rebus exempla adiungerem, nisi, apud quos haberetur oratio, cernerem. Nunc complectar brevi quod proposui.

Quum vero eam nummorum hactenus cognitorum, quod equidem sciam, varietatem propius inspicerem, ad triginta sex circiter ascendere mihi visi sunt. Atque hinc facile intelligitur, totam Hebraeorum rem numismaticam, quae vetustatem tulerit, admodum angustis circumscriptam esse finibus. Neque praetermittendum silentio

est

adnotationibus iisdem nostris sumus ; id quia paucis versibus comprehendi nequit, non est no-

est quod maxime conferre ad Chishulli & Bianconi evertendam sententiam & ad confirmandam stabiliendamque nostram potest. Etenim, quamquam litteras ipsas forma diversas, quotquot iis in nummis Hebraeo-Samaritanis occurrunt, si spectamus, septemdecim tantum reperimus quidem numero ; at diversa viginti Hebraica vocabula ex iisdem inscriptis Iudaeorum veterum monumentis elicere vix poterimus.

Iam vero ex ea nummorum illorum & id genus monumentorum, ut paullo superius aiebam, tanta paucitate, tantaque Hebraicorum verborum penuria, quis illud purum putum, quod volunt, Alphabetum sexdecim aut summum septemdecim litterarum priscum Hebraeo-Phoenicio-Samaritanum umquam concludat ? Ludunt profecto illi, dum tam paucis verbis negotium confectum putant. Ea sumunt ad concludendum, quorum iis nihil datur. Namque iisdem nummis plus tribuunt, quam res & veritas concedat ; quos quidem vetustioribus monumentis praeferre velle, hominis est, ne quid dicam gravius, minus castigate scribentis. Quotus quisque enim est, qui contra atque veterum librorum fides postulet, novum & inauditum earumdem litterarum syllabum inducere conetur, monumentis plurimis & quidem antiquissimis, uti illis Psalmis Acrostichis praesertim, toto sacrorum voluminum Hebraicorum scriptionis antiquae modo, & sermonis eorum universa ratione, tanto denique silentio maiorum, omnino repugnantibus ? Quasi Hebraeo-Samaritanis nummis, ipsis paucissimis, quorum ad nostram aetatem traducta memoria est, voces illae ipsae omnes, quae singularum Hebraicarum litterarum, quibus Libri sacri iam descripti fuerant, numerum definitum constituere

nobis vitio dandum, qui rem distincte, quantum potuimus, explicare optabamus, & tem-

 pori

tuere aut certum possent. Num ea ipsa Machabaeorum aetate, qua nummos eosdem procusos dicimus fuisse, nulla in Iudaica gente exstitere alia monumenta, quae si aetatem tulissent, maiorem profecto & Samaritanarum litterarum, & Hebraicarum vocum vim copiamque proderent? Quibus sane temporibus eiusmodi monumenta etiam numismatica numquam exstitisse, ne ad veritatis quidem similitudinem potest accedere. Nemo est autem, opinor, qui, cum haec consideraverit, quemadmodum adversa sententia ex iisdem nummis sit consequens, existimet.

Atque mirari certe subit hanc de vetustis Hebraeorum litteris disputandi rationem Edmundo Chishullio ita arrisisse, ut quae ex ea sequerentur incommoda ne minimum quidem cogitasse videatur. Est profecto plenum periculi, quae firmata consensu monumentorum veterum sint, non revocare in controversiam modo, sed etiam negare velle.

Quid denique? an quod nummis iisdem datum ab Chishullio & Biancono est, id illi ipsi aliis summae venerandae vetustatis monumentis negandum censebunt? Ipsis, inquam, libris Moysis, ab omni antiquitate Samariticis sive Hebraeo-Phoeniciis descriptis litteris, qui Cuthaeorum (IV. lib. Regum cap. XVII. vers. 24. seqq.) sive Samaritanorum Iudaeorum iamdudum terebantur manibus; quosque ab iisdem ipsis Samaritanis fuisse summa fide & religione ad nostram usque etiam aetatem semper custoditos, testata res est atque demonstrata plane ad veritatem.

Quod sane librorum Moysis exemplum ipsos Samaritanos, ob immane eorum, quo in Iudaeos ferebantur odium, quoque eos perpetuo sunt prosecuti, litteris no-

vis

pori imprimis obſequi. Niſi etenim quae de ipſis litteris etiam Hebraeorum, de ſcripturae

vis illis, quas dicunt ſecundarias, deinde intertexuiſſe, atque ad Hebraico-Iudaici Codicis ab Eſdra, ab ceteriſque Iudaicae gentis ſenioribus & Sacerdotibus normam deſcripti, immutaſſe, eoque modo reformaſſe atque refinxiſſe, ne in cogitationem quidem cadit.

Quae res cum ita ſeſe habeat, ut eſt revera, velit, nolit doctus Anglus Chishullius, dabit hoc mihi iam inde a multa ante etiam aetate, quam percuſſi ſub Machabaeorum principibus fuiſſent nummi, immo vero & inſequentibus temporibus, Samaritanos Iudaeos ſuum habuiſſe Pentateuchi exemplum, quemadmodum ab Sacerdote Iſraelita, ſive ante Chriſti ortum ſeptem fere ſaeculis, primum acceperant, uti narrat ſacer Auctor libri IV. Regum, loco paullo ante indicato. Sed quoniam mirus quidam utriuſque exemplaris & Samaritani & Iudaici conſenſus cum litterarum, tum verborum Hebraicorum rationis concentuſque reperitur, (quem quidem conſenſum aliquo accidiſſe caſu fortuito aſſerere nihil excogitari abſurdius poſſet) dicat invitus atque ingratiis neceſſe eſt, idem Scriptor, ſi umquam talis in Alphabetum Hebraicum inducta fuerit immutatio, temporibus ante captivitatem Babylonicam multis eam factam fuiſſe. Quonam autem pacto ſua cum opinione iſtud componat, ipſe viderit. Quod ſi tamen facultas aliqua illi detur, oſtendat, quaeſo, ubinam, quo auctore, quave auctoritate, quove tandem tempore ſuum Hebraei veteres aliquot litteris illis ſecundariis auxerint Alphabetum. Atque profecto ita hunc intricatum dabo, ut qua ſe expediat, neſciat. Somnia igitur ſunt, quae de iiſdem litteris iactitat Edmundus Chishullius. Sed non eſt opus, ut ſi libri omnes ſacri Hebraici nobis praeſidio ſint, Pentateu-

rae varia ratione in vetustissimis monumentis Graecis, Etruscis praesertim, & Latinis obvia,

tateuchum Hebraeo-Samaritanum mihi esse requirendum putem. Quid ego autem scripturas omnes Hebraicas veteris Testamenti commemoro, cum ne in libris quidem veterum, & in omni antiquitate Iudaica, huiusce opinationis vestigium ullum exstet?

Multa sane dici possent quae praetereo, quod haec satis sint, quae protuli, & esse nolim nimius, quam pati brevitas temporis & Diatribae nostrae videatur. Hoc unum breve addo. Antiquam de priscarum litterarum Hebraicarum numero pervertere & labefactare, tot luculentis testimoniis, omniumque summa consensione, si paucissimos Scriptores excipias, firmatam sententiam velle, quid est, nisi hoc est ob anteceptam opinionem aliquid inani quaerere coniectura ad implicandam rem per sese manifestam atque testatam? Sed modum faciam.

Ut igitur veteris Hebraeorum sermonis & eorum Librorum sacrorum integritatis plena ratio habeatur atque auctoritatis, eam unam sententiam teneamus oportet, quae litteras veteres Hebraico-Phoenicio-Samaritanas viginti duarum semper constitisse numero statuit. Quod si quisquam hosce vetustos Hebraeo-Phoenicio-Samaritanos, characteres inspicere, & Graeca antiqua elementa per diversas digesta aetates ex iis orta, voluerit, adeat imprimis Eduardi Bernardi, celebris quondam Astronomiae apud Oxonienses professoris, librum inscriptum: *Orbis eruditi litteratura a charactere Samaritano deducta*, Oxonii editum anno 1689. = Ezechielem Spanhemium, *De usu & praestantia numismatum antiquorum* Dissert. II. tom. I. pag. 80. Quam Bernardi Tabulam Carolus Mortonus, Regiae Societatis Londinensis a secretis, Londini evulgavit an. 1759., sed plurimis auctam suis supplementis.

Con-

via, deque eiusdem scriptionis ab Orientis populis origine disputavimus, aliqua cura atque fusius aliquanto descripta fuissent; vix ac ne vix quidem propositi nobis finis assequendi esset, veritatisque tuendae facultas data.

Atque ut ab hacce tandem me liberem disputatione, ii huc quoque referri commode poterunt, qui de litterarum ortu atque progressu libros edidere, quosque consulto ante magno protuli numero. Cuique praeclarissimae tractationi ut lux adspergatur aliqua & non exigua, virorum doctorum lucubrationes nequaquam negligendas fore operae pretium esset, qui & primas gentium origines illustrarunt (1), vetustorum Grae-

Confer quoque Cl. P. Hieremiam a Bennettis in *Chronologia & Critica Histor. Profan. & Sacr.* part. I. tom. I. §. XLVIII. pag. 98. Cet.

(1) Ingenti, ac multiplici copia sunt qui hanc spartam ornarunt, Scriptores, quos paucos ab erudito Viro P. Hieremia a Bennettis omissos video, loco iam indicato, part. I. tom. II. Prolegom. III. *De variis gentium variarum ab Asia Maiore, & Africa in Asiam Minorem ac Europam transmigrationibus, variisque sub ætatibus Coloniis eductis* pag. 1. — 223. His addes, si placet, quos passim indicavimus in opere Gallico, *Recherches sur l' Epoque de l'Equitation*; ubi nonnulla ad hanc rem facientia disputata a nobis sunt.

Sane

Graecorum & Latinorum praesertim, atque Etruscorum, earumque colonias & antiquissimas transmigrationes commentariis exornarunt. Quo de argumento egregio, etsi altioris indagationis, cum iis in voluminibus, qui THESAURI ANTIQUITATUM (1) ROMANARUM & GRAE-

Sane quidem, quum tot excellentes summosque viros duces fidos habeamus, & quibus de gentium originibus imprimis plurimos commentarios conscripsisse placuit; quis in tanto lumine, & tanta eorumdem Scriptorum consensione, ab Oriente, ut narrat divinus Moses, omnia profluxisse & populos & artium & scientiarum primos inventores inficias umquam ierit?

Hic apposite in mentem venit clarissimi amicissimique Court de Gebelin opus mira lectionis & exquisiti iudicii, videlicet, *Monde primitif, analysé & comparé avec le monde moderne. Paris* 1773. seqq., octo iam voluminibus in 4. comprehensum: quod eo unice collineat, ut ex veteribus monumentis, & gentium receptis variis consuetudinibus illud ipsum summa in luce collocet argumentum. Quo profecto etiam pertinet alterum doctissimi Goguetii opus inscriptum: *De l'origine des Loix, des Arts & des Sciences & de leurs progrès chez les anciens peuples depuis le Déluge iusqu' au retour des Hébreux de la captivité. Paris* 1758. Tomi III. in 4. passim.

(1) Quem utrumque Thesaurum doctissimorum Virorum Georgii Graevii & Iacobi Gronovii curis studioque acceptos referimus. Gronovius quidem ad Graevii exemplum, qui Romanas Antiquitates duodecim voluminibus *in folio* Lugduni Batav. an. 1694. -- 1699. editis complexus fuerat, Thesaurum suum Graecarum antiquitatum totidem, praeter indicem, voluminibus, ibidem typis vulgavit

GRAECARUM inscribuntur, plura tractata continentur atque in bono, ut aiunt, lumine collocantur, tum variis in Diatribis illorum virorum doctorum, qui rerum imprimis Etruscarum (1) illustrandarum onus suscepere, & quo-

gavit annis 1697. – 1702. *in fol.* Queis de Thesauris adeundus Io. Albertus Fabricius, *Bibliographiae Antiquariae*, edit I. cap. II. & III. pag. 28. seqq. Aegyptiorum, Persarum, Carthaginensium aliarumque gentium generales Scriptores etiam recenset. Adde sis *utriusque Thesauri nova supplementa*, quae congessit Ioannes Polenus, & Venetiis edidit an. 1737. Voll. quinque *in fol.* Vide quoque *Novum Thesaurum antiquitatum Romanarum* congestum ab Alberto Henrico de Sallengre. Hagae Comitum 1716. Tomi III. *in fol.* Quinetiam non praetermittendus alter *Thesaurus Antiquitatum & Historiarum Italiae, quo continentur optimi quique Scriptores, qui Etruriae, Umbriae, Sabinorum, Latii, confinium populorum ac civitatum res antiquas aliasque vario tempore gestas, memoriae prodiderunt: digeri olim coeptus cura & studio Ioannis Georgii Graevii. & cum praefationibus Petri Burmanni. Lugduni Batav.* 1704. – 1725. Quo in postremo Thesauro voluminibus XLV. comprehenso habentur quoque rarissimi, praestantissimique Scriptores, qui Neapolis, Siciliae, Sardiniae, Corsicae, Melitae, atque adiacentium terrarum, insularumque antiquissimas res & memorabilia illustrarunt.

(1) De Cl. Gorio primum, qui in hoc genere multum versatus fuit, etsi multa quoque me satis dixisse existimem, eiusdem tamen eruditi viri singularem lucubrationem, titulum praeferentem: *Dissertatio de Tyrrhenorum origine, eorumque in Italiam adventu*, iterum consulen-

& quorum opera maximam partem supra recensuimus. Quibus sane libris tota quanta est,

lendam vellem. Exstatque, ut supra monui, Musei Etrusci tom. II. pag. XXVII. seqq.

Ne vero hic actum agere videar, praetermittenda arbitror, quae tam in iisdem Musei sui Etrusci voluminibus tribus, quam in suis Vindiciis Italicis Alphabeti item Etrusci adversus Scipion. Maffeium, de eodem argumento passim attingit Cl. Scriptor, cuius etiam Historia antiquaria Etrusca, italice perscripta, adeunda est.

Ad Cl. Maffeium autem quod attinet, plura hac de re complexus est in sua diatribe: *Della Nazione Etrusca, e degl'Italiani primitivi*, quae habetur inter eiusd. *Osservazioni letterarie*. Vide earum tom. IV. pag. II. seqq. & tom. V. pag. 255. seqq. = *Bibliothéque Italique* tom. III. pag. 6. seqq. Consulendi interea Philippus Cluverius in *Italia antiqua*, edit. Amstelod. 1729. lib. III. cap. XXVI. pag 304. seqq. & Christophorus Cellarius in *Notitia orbis antiqui*, edit. Lipsiensis 1731. lib. II. cap. IX. pag. 501. seqq. 568. seqq. tum eorum nonnulli, quorum meminit Hieronymus Tiraboschus, *Storia della letteratura Italiana. Modena* 1772. tom. I. pag. 2.

Superius quoque Cl. Praesulis Marii Guarnaccii *Originum Italicarum* memini, in quibus multa sane sunt singulari & doctrina & eruditione scripta. Harum titulus sic habet: *Origini Italiche, o siano memorie Istorico-Etrusche sopra l'antichissimo regno d' Italia e sopra i di lei primi abitanti nei secoli più remoti. Lucca* 1767. Tomi II. fol. = eiusd. *Origini Italiche, o sia esame delle medesime dopo gli scritti usciti fin'ora in tal materia, specialmente circa l' origini dell' Etruria circumpadana*, ibidem 1777. fol. = eiusd. *Dell' origini Italiche esame critico, con un apologetica Risposta* (sub ementito nomine) *di Fra Cipollo*.

est, de primis Italiae colonis, deque eorum rei litterariae primis initiis disputatio fere expe-

pollone Lavacci, la quale oltre abbattere vigorosamente le opposizioni avversarie, serve pure ad illustrare parecchi punti dell'istoria sì Greca, che Romana, ed in fine una lettera del Chiar. Sig. Ab. Amaduzzi, che l'argomento istesso dottamente esamina e rischiara. Venezia 1773. in 4. Vid. & Cl. Pauli Mariae Ogerii *Graecam & Latinam linguam Hebraizantes*, cap. x. pag. 141. seqq., tum opus, quod *I Fenici primi abitatori de Napoli* inscribitur, a Cl. Duce Michaele Vargas Macciucca editum, cuius meminit eruditiss. Dominicus Deodati, *de Christo graece loquente*, part. I. cap. I. pag. 22. not.

Tametsi etiam in iis quidem, aliisque numerandis Scriptoribus, qui in originibus & re litteraria Etruscorum operam suam bene collocaverunt, nihil diligentiae, nisi me fallit memoria, praetermisisse me censeam, reliquum est tamen, ut quae hac de re ab immortali viro Mazochio inventa sunt atque illustrata, heic plenius, sed breviori, quo potero, modo, commemorem. Inde fiet, ut quod superius pag. 277. not. I. promisi, tandem commonstrabo, utque nunc liberem, quam dedi, fidem.

Legenda igitur eiusd. Cl. viri *Dissertazione sopra l'origine de' Tirreni*; cui Diatribas decem subiecit Mazochius ipse, tom. III. *Saggi delle Dissertazioni dell'Accad. Etrusca di Cortona*, pag. 1. seqq., quibus Diatribis, ipso declarante Mazochio, id imprimis agit Cl. Auctor, ut ostendat, omnibus Italiae nominibus, fluminibus, oppidis, quae primitus Thusci insederant, ea ab initio inhaesisse nomina, quae, cum Graecis auribus sint incondita prorsus & βαρβαρόφωνα, Palaestini tamen innuant semper aliquid, idque locorum ingenio, moribus & vetustati consentaneum; adeo ut Tyrrhenici mores, ritus, doctrina, religio mire orientem spirent. Harum

expeditur, Si qua enim res est, quae ad communes gentium origines demonstrandum
con-

Harum vero Diatriba prima, quam mutato nomine, Dissertationem inscripsit, legitur etiam in eiusd. Mazochii *Spicilegio Biblico*, tom. I. pag. 183. seqq. Quod quidem Spicilegium consulendum omnino, ubi plura certe notatu digna de eiusdem gentis & aliarum originibus, migrationibus & coloniis passim edisserit Cl. Auctor. Conferendi quoque huius doctissimi viri *Commentarii in Aeneas Tabulas Heracleenses* part. I. pag. 24. 25. seqq. part. II. 515. 534. seqq. cet. Quibus in Commentariis Tyrrhenos, quos primos Italiae habitatores vocat, ortu Phoenices fuisse defendit; qui, ubi Italiam insedere, Tyrrheni, aut Etrusci dicti sunt. Adeas eiusd. *Diatribam de Poesti originibus*, ibid. cap. I. & II. pag. 499. & 500. Vid. etiam Nicol. Fullerum in *Miscellaneis Theolog.* lib. I. cap. II.

Quam Mazochii opinionem de Tyrrhenorum origine haud probavit Augustinus Mariottus, uti superius fere monueram: eos etenim non alium ortum traxisse quam Aegyptium, disputat in *Epistola ad Paschal. Magnonium, sive Mantissa ad suum de nummo Neptuni argenteo incuso Commentariolum* pag. XXXIII. seqq., quae Cl. Bonaroti quoque fuerat sententia. Ac me quidem huiusce de Tyrrhenorum a Phoenicia ortu cogitantem, argumenta ipsa ab Mazochio, aliisque producta in eam sententiam inducunt, ut a Phoenicibus vel omnino ab Orientali origine haud dubie esse saltem arcessendos arbitrer, uti ante iam ostendimus. Si quid vero praeterea in tanta obscuritate rerum, atque antiquitate dicere ausim, Cl. Gorio (*Dissertatio De Tyrrhenorum origine*, *Musei Etrusci* tom. II. pag. XXXVIIII. seqq.) recte existimanti Tyrrhenos & moribus & institutis cum multis Orientis nationibus convenis-

conferre quam maxime potest, certe est ista tractatio, in qua etiam illustranda multa quoque

venisse, maxime cum Aegyptiis, Assyriis & Phoenicibus, lubens assentior. Confer si placet, Disquisitiones nostras de Epocha Equitationis part. 1. pag. 101. not.

Scio Samuelem Bochartum (*Geograph. Sacr.* part. II. lib. I. cap. XXXIII.) negare, Tyrrhenos Phoenicii Generis in Italia fuisse, ut qui putet, si res ita esset, sexcenties id observasse Punici belli Scriptores Polybium, Livium, Silicum Italicum, Appianum, alios. Neque latuisse Annibalem, qui eo ipso argumento Italos, tanquam populares suos, ad defectionem sollicitasset.

At hæc & alia ab doctissimo Bocharto eodem capite allata, non tanti sunt, uti a priori sententia nos dimovere valeant. Namque præterquam quod parum tuta est iis in rebus remotissimis Scriptorum veterum fides inter se præsertim pugnantium, quid ex eorum silentio revera elici possit, non equidem satis intelligo; quum alia nobis succurrant indicia, quibus rem evincamus. Eo autem magis in ea confirmor sententia, quo videam in monumentis Tyrrhenicis, quorum non parum hodie est copia, at ipsi Bocharto atque Cluverio prorsus ignotis, ut notat ibid. Gorius pag. XXXVII., multa sane quæ hanc Etruscorum originem maxime prodant. Neque omittendum volo, quod etiam animadvertit Gorius loc. cit., Etruscos imprimis, etsi Græcanici generis esse cum Tneodoro Ryckio statuat, ex Phoenicibus tamen ortos exstitisse: quodque de omnibus populis, quotquot in Italiam migrarunt, etiam adserit. Conferenda interea sunt quae de veteribus Coloniis in Etruriam deductis disputat Cl. Passerius in *Dissertatione de Hellenismo* Etruscorum, *Symbolarum Litterariar.* vol. II. pag. 41.

De loco autem Dionysii Halicarnassei (*Antiquitatum* Ro-

que bene observata habemus ab eruditis Gallis nostris, quorum Monumenta, sive Commentarii Academiae Regiae Inscriptionum & humaniorum litterarum non pauca suppeditabunt. A quibus porro non seiungendus celebratissimus Samuel Bochartus est(1), cuius vestigiis plerique insistunt, tametsi non in omnibus; propterea quod rem fortassis ubique nón attigisse videatur. Quod sane mirum non esse debet. Coniecturis namque hic ad veritatem aliquando eniti licet, quum multa adhuc obsita iaceant tenebris.

Nos quidem facile suas utique iis in rebus tanto temporum intervallo ab aetate nostra disiunctis, permittimus coniecturas, modo ab illis nequidquam detrimenti veritas patiatur. Quod vero summa fere omnium Scriptorum & veterum & recentiorum unanimique consensione firmatur, quotusquisque est

Z qui

Roman. libr. I. Oper. tom.I. edit. Oxoniens. 1704, pag. 9.& 10.) asserentis Oenotros primos Italiae incolas fuisse. Vide quae in iisd.nostris Disquisitionibus, praeeunte Nicol. Ferretio, edocuimus, & Theodori Ryckii *Dissertationem de primis Italiae Colonis*, quae extat ad calcem Lucae Holstenii *Notarum & castigationum posthumarum in Stephani Byzantii* Ἐθνικά, *quae vulgo* περὶ πόλεων *inscribuntur*. Lugduni Batav. 1684. pag. 400.

(1) In Phaleg. seu Geographiae sacrae part. I.

qui contra niti audeat ? Non minimam igitur ex suo PHALEG laudem sibi paravit Bochartus, quo praeeunte, tot viri docti plura eodem de argumento tam praeclare scripserunt, quos sane consuli velim (1) ad huiusce tractationis dignitatem magis magisque ornandam.

Cuius autem disputationis gravitas a Librorum sacrorum auctoritate primum repetatur: ex quibus quasi quodam sancto augustoque

(1) Cum non pauca satis, quae aliquibus fortasse supervacanea videbuntur, de Scriptoribus iis, qui primas gentium origines & antiquitates, illarum in primis, ad quas nostra a proposita oratione potissimum spectat digressio, superioribus in notis prolata a nobis sint; quamquam plura etiam colligi possunt; exstat tamen alterum opus singularis eruditionis, quod vetustissimos percurrendo populos, multa in hanc causam egregie disputat, quae conferre iuvabit. Vide igitur *Histoire universelle depuis le commencement du monde jusqu' à présent, traduite de l'Anglois. Amsterd.* 1747. seqq. tom. I. cap. II. seqq. pag. 282. seqq. tom. II. lib. I. cap. V. seq. pag. 1. seqq. tom. III. lib. I. cap. VIII. seqq. pag. 149. seqq. tom. IV. lib. I. cap. XII. pag. 259. seqq. tom. VIII. lib. III. cap. II. pag. 11. seqq. tom. XI. lib. III. cap. XIII. pag. 232. seqq. cap. XXXVII. pag. 588. seqq. tom. XIII. lib. IV. cap. XII. pag. 184. seqq. tom. XIV. lib. IV. cap. XVI. pag. 1. seqq. Cet. Adde Simonem Pelloutier, *Histoire des Celtes, & particulierement des Gaulois & des Germains, depuis les tems fabuleux, jusqu' à la prise de Rome par les Gaulois. A la Haye* 1740. tom. I. lib. I. cap. I. seqq. pag. 1. seqq. = *Memoires sur la langue Celtique, par M. Bullet. Besançon.* 1754. tom. I. part. I. pag. 1. seqq.

ſtoque fonte omnis manet oratio . Unde melius ordiri poſſumus, quam a Scriptore omnium vetuſtiſſimo , qui quidquid memoriae ſpirante numine prodidit , non modo monumenta gentium antiquiſſima teſtantur , ſed etiam quod ita eſſet ut narrat , ſuadet ratio ! Quo quidem graviſſimo argumento nihil eſſe debet nobis antiquius . Tanti intereſt noſtri ſaeculi fabulatoribus perſonam detrahere . Namque quam ſubdole , quam fraudulenter , quam impie hi philoſophentur, neminem latet; cum divina Moyſis narratione eliminata , temereque poſthabitis a Maioribus noſtris tranſmiſſis doctrinis in gentium origines, primoſque rerum inventores proprio marte inquirere tentant .

Quod ſi etiam illud addimus , quod recte addi poteſt , nihil eſſe , quod ad hanc tractationem illuſtrandam tam conferat , tam conducat, quam de ortu litterarum atque progreſſu diſputatio ; concedetur profecto verum eſſe, ut unam eandemque gentes univerſae habuerint originem .

At quo labi mihi ipſe videor ? Ergo ad prima unde paululum huc defluxit oratio , redeam neceſſe eſt . Quum litteras vetuſtiſſimas & Etruſcas & Graecas ab Oriente , ſicuti

omnia evincunt, nemineque repugnante, ortum habuiſſe teſtatum ſit & inconcuſſum; concludatur oportet, Orientales populos artem quamdam interpungendae ſcripturae, ſpatiiſque divellendae uſurpaſſe rationem, qua continuam vocum ſeriem modo non aequivoco diſpararent.

Quod ſi Pelaſgi (1), ſi Etruſci, gens antiquiſſima (2), ſi Graeci priſci, ſi Latini veteres fecerint, qui in eo ſcribendi more tot iam

(1) De quibus paſſim diſſerui in Diſquiſitionibus gallice editis *De Epocha Equitationis*, part. I. pag. 153. ſeq. 184. & part. II. pag. 189. ſeqq., ubi ex Chananaeis ſive Philiſtaeis populis ipſos originem duxiſſe, me obſervaſſe memini.

(2) Thuſcorum hiſtoriarum, quae octavo eorum ſæculo ſcriptae erant, mentionem facit Varro apud Cenſorinum, *De die Natali* cap. XVII. edit. ante indicatae Cantabrigienſis in 8. pag. 92. Ex quo conſequens eſt huius gentis Hiſtorias aliquot ſaeculis, Varronis tempore, Olympiades ſuperaſſe; quarum prima, ſi veriori doctorum Virorum opinioni ſtamus, computari coepit anno 776. ante Chriſti ortum. Cum vero Etruſcorum ſaeculum annos plus minus centum & viginti comprehenderet, ut poſt Cenſorinum adnotat Cl. Bianconus, *De litteris Hebr.* &c. pag. 58. edit. II., efficitur quoque huiuſmodi hiſtorias ad annos circiter mille iam aſcendiſſe, eo tempore, quo Varro, qui prope nonagenarius diem obiit ſupremum anno 727. Urbis conditae, ſive ante Chriſtum natum an. 27., haec litteris mandabat. Hinc de gentis Etruſcae primordiis iudicium ferri aliquod poteſt.

iam saecula versabantur; quanto id magis Hebraeis, Syris, Phoeniciis, ceterisque Orientalibus gentibus, Aegyptiis(1), Persis, Chaldaeis, finitimisque populis concedendum est, qui litteras, omnimodamque scripturae rationem primum tractavere, illasque ipsas edocuere nationes?

Sed est alterum non minus grave argumenti genus ad eam, quam inquirimus Manuscriptorum librorum imprimis Hebraicorum vetustatis notam discernendam, non parum conferens, quod ex iis, quae toto praesertim numero quarto superiore iam disputata a nobis sunt, recte etiam deducatur. Namque cum Graecos, Latinos, atque Etruscos, ut gentes Occidentis alias praetermittam, distinctis & interpunctis illis intervallis, de quibus hactenus disseruimus, usos olim fuisse, insignioribus ante prolatis exemplis perspicuum sit atque manifestum; quamobrem easdem gentes, immo vero Hebraeos, multosque Orientis populos suis in describendis Codicibus non item fecisse, quaenam tandem

 esset

(1) Vide, si placet, quae de hac gente, prima temporum aetate artium & scientiarum laude excellenti attulimus eod. in libro, qui *De l'Epoque de l'Equitation* inscribitur, part. I. pag. 3. seq., 14. seq. & passim.

effet caussa, quae, ut contendamus, nos induceret? Neque enim equidem intelligo, cur secus sit sentiendum.

VI. Quemadmodum igitur in vetustis Lapidibus, Tabulisque fuerit eiusdem scripturae ratio, satis explicatum superius arbitror; sequitur, ut hunc modum etiam persequar, qui pertinet ad Manuscriptos Codices. Atque hinc fiet, opinor, ut eam denique habeamus viam atque rationem, qua aestimari Tertius Danielis Ernesti Iablonskii de manu exaratorum librorum Hebraicorum aetate definienda Canon possit.

Sed quoniam hoc argumenti genus latius patere animadverto, quam initio prospexeram, quamque reipsa ferat instituta brevitas; aggrediar non tam perficiendi, quam experiendi voluntate. Utque iam aliquo procedam ordine, quid de eadem quaestione Veterum fuerit sententia, nunc est disquirendum mihi. Etenim quibusdam (1) quos legi doctos

(1) Confer prae ceteris Marc. Anton. Muretum in notis suis ad Senecam edit. Roman. 1585. epist. XL. not. pag. 222., & quae Iustus Lipsius ad eamdem epist. adnotavit. Neque aliter opinatus Ioannes Morinus est in *Exer-*

doctos viros, placuisse hanc opinionem video, quae Antiquis ignotam prorsus fuisse interpungendi rationem teneat. Si qua autem iis innotuerit, eam esse de solis punctis interiectis, verba singula tantum secernentibus, intelligendam contendunt. Quasi vero illi ipsi Veteres nulla alia distinctionum signa in libris usurpare consuessent, quibus & periodi & earum Cola & Commata plane dignoscerentur.

Exercitation. Biblicarum de Hebraei Graecique Textus sinceritate libro II. Exercit. XVII. cap. I. pag. 477., contendens antiquos tam Graecos quam Latinos continua litterarum serie scripsisse, nullis super aut inter verba distinctionibus, aut accentibus adscriptis. Vide quae supra pag. 297. not. 1. iam animadvertimus. At quam levi, quam inani coniectatione haec Morini & aliorum, quos mitto, opinio nitatur, planissime demonstrat superius a nobis prolata Inscriptio Graeca Retinensis & quidem vetustissima; quo egregio monumento plane refellitur etiam Claud. Salmasius, in sua ad Sarravium epistola adserens Antiquariis in usu olim venisse, ut secundum antiquas rationes scriberentur, nempe sine accentu ullo & sine ulla distinctione. Quod autem in multis Codicibus cum Graecis, cum Latinis, ut infra declarabitur, quin etiam in non paucis inscriptis monumentis omnis fuerit interpungendi ratio neglecta; quid inde vero est consequens, ut ipsam, quam defendimus, Veteres prorsus latuisse concludatur? Sed non est opus, ut plura contra Io. Morinum hoc loco afferamus, a quo imprimis est tota C. H. Trozii eadem profecta opinio, quam quidem in sequenti adnotatione, breviore quo poterimus modo, refellendam suscipiemus.

Nemo est autem, opinor, qui, quum attente & diligenter consideraverit quae (1) Aristo-
teles,

(1) De Aristotele quidem primum est dicendum, cuius est hanc in rem locus insignis; quem, ut fere est a Io. Clerico in latinum sermonem translatus, paucis tamen Graecis exceptis verbis, brevitatis caussa heic afferam. Atque habet hoc modo: „ Omnino autem oportet facile legi & proferri posse quod scriptum est. Est „ vero eiusmodi id, quod multae coniunctiones non „ continent; οὐδ' ἃ μὴ ῥᾴδιον ΔΙΑΣΤΙΞΑΙ, ὥσπερ τὰ „ Ἡρακλείτου, *& quod non est facile interpungere ut quae* „ *sunt Heracliti*. Nam scripta Heracliti interpungere „ operosum est, quia incertum est utri vox coniungenda, an priori, an vero posteriori, ut in principio „ ipsius libri; inquit enim: *rationis huius existentiae* „ *semper inscii homines sunt*; incertum enim est illud „ *semper* utri interpunctione coniungas „. Haec ille lib. III. *Rhetoricor*. cap. V. Operum tom. III. edit. Paris. 1654. pag. 804.

Ex quo quidem loco recte collegisse mihi visus est Ioannes Clericus, *Art. Crit.* vol. II. part. III. sect. I. cap. X. §. 20. edit. Amstelod. 1712. pag. 140. Aristotelis aevo non ignotam fuisse interpungendi rationem; falsosque eos omnino esse, qui Aristophani Byzantio, de quo superius pag. 305. not. 1. a me dictum est, eius inventionem tribuerint. Quae fuit Claudii Salmasii aliorumque sententia. Confer eius ad Sarravium epistolam CIXXXIII., inter Sarravianas edit. Ultraiect. 1697. pag. 186. seqq. Videsis & Daniel Georg. Morhofium, *Polyhist. liter.* lib. I. cap. VII. edit. iam indic. Lubecens. 1747. pag. 54. seqq. eandem epistolam integram producentem, quaeque legitur in *Chronico Gottwicensi*, tom. I. lib. I. cap. I. §. VI. pag. 20. seqq. Hos sequitur C. H. Trozius suis in
notis

teles, quae Cicero praesertim, quae Seneca, quae denique Maiores nostri de distinctionibus,

notis ad Herm. Hugonis librum De Prima Scribendi Origine, cap. XXVII. pag. 244. seqq., adserens Aristophanem Prosodiae & interpunctionis apud Graecos auctorem fuisse quidem; at Romanos eadem aetate, sive saeculis duobus ante Christ., quin immo & Ciceronis aevo usos iisdem interpungendi signis fuisse, prorsus negat; easque distinctionum notas apud Latinos multo post tempore tantummodo obtinuisse contendit, nimirum paullo ante Cassiodori aetatem. In eaque haeresi est, ut signa interpunctionis olim fuisse nulla, vel voces singulas punctis interiectas, Veteres dumtaxat agnovisse pugnet.

Principio quaedam profert Trozius, quae, si valerent, nulla quoque in libris nostris periodorum distinctio punctis aliisque signis esset admittenda; ut qui linguam intelligamus & legendo nobis constet, ubi sonus vel morari, vel protrahi debeat. Ergo ille Io. Clericum refellere aggrediens, se eo Aristotelis testimonio non moveri scribit; atque ita eius locum comparatum esse retur, ut de oratione distincta ac perspicua, non obscura, multisque parenthesibus sensum turbantibus haud referta, sit intelligendus. Verum secus est. Neque animadvertit Trozius, quamobrem Heracliti scripta in exemplum assumpserit Aristoteles. Ab omnibus quidem Heraclitus Ephesius, qui Parmenidis aequalis, Olympiade nona & sexagesima, ante Christ. anno circiter DXII. claruit, obscuritatis arguitur. Quod tamen de eius scriptis universe & omnino dici nullo modo posse testis locuples est Laertius, *De Vitis, Dogmatis & Apophthegmatis eorum qui in Philosophia claruerunt*, edit. Londin. 1664. lib. IX. §. I. pag. 238. Confer Io. Alb. Fabricium, *Biblioth. Graec.* vol. I. lib. II. cap. XXIII. num. IV. pag. 760., qui inter

bus, clauſuliſque interpunctis verborum, litterarum mandaverunt monumentis, in tanta carum

inter cauſſas obſcuritatis Heracliti fuiſſe ſcribendi genus ambiguum, diverſae interpunctioni patens, egregie ſtatuit. Queritur igitur eo loci Ariſtoteles de Heraclito, utpote cuius ſententias multas ſcriptione & voce tamquam notis & interpunctionibus diſtinguere arduum eſſet opus & magnus labor; quemadmodum hunc locum recte interpretatur Petrus Victorius, *Commentar. in tres libros Ariſtotelis de arte dicendi*, Florentiae 1579. pag. 595. Qui cum ita ſit verborum Ariſtotelis ſenſus, conſequens eſſe omnino videtur, idcirco vocem διαστίξαι fuiſſe ab ſe uſurpatam, quod eiuſmodi diſtinctionum notae iam eius aevo certe cognoſcerentur.

Atque hinc altera facile refutatur Trozii interpretatio, qui, cum eodem loco ſigna interpunctionum memoraſſe Ariſtotelem, ſibi diſſimulari nequiret, ſic eum etiam explicari poſſe cenſuit, ac ſi dixiſſet Ariſtoteles verba Heracliti ita eſſe condenſata, nec punctis ſingulis voces, uti moris olim erat, diſtinctas, ut difficile eſſet Agnoſticis inter legendum illa ipſa verba ſeparare, dubiis an prioribus, an poſterioribus eſſent adnectenda.

Equidem dixiſſe memini ſuperius me, huiuſmodi punctorum ad unaſquaſque voces acceſſione, lectionem quam maxime iuvari, illamque ipſam continuam dictionum ſeriem, punctis ſic affixis, penitus tolli. At in verbis eo interpungendis modo nulla fere eſt ars, neque is magnus labor, uti queſtus Ariſtoteles eſt de ſcriptis Heracliti. Contra in orationis membris probe dividendis atque periodis, punctis aliiſque notis recte diſtinguendis multa ſane requiruntur. Quare Ariſtotelis verbis aptari haec nequit de illis punctis poſtremis a Trozio adhibita altera interpretatio. Quonam etenim pacto ſimili interpun-

earum ignoratione versari ipsos potuisse existimet. Ego vero cum vetustissimos Scriptores

pungendi ratione Heracliti verborum sese mederi obscuritati posse, unquam cogitasset aut scripsisset Aristoteles? Id profecto nullo prorsus modo intelligitur; nihilque fingi minus vero similius potest. Quae res plane efficit, vocem διαςίξαι, qua utitur Aristoteles, licet τοῦ *in punctum deferre* vel *desinere* significatione quandoque gaudeat; τὸ *notis* vel *punctis* membra periodi & sensus *distinguere* reipsa & omnino eo in loco significare.

Quod addit Trozius ibidem pag. 246., ut in contrarium sensum Aristotelis verba detorqueantur, leve prorsus est; illudque ne longior sim, praetermitto. Sed erunt fortasse qui mirentur, quemadmodum doctissimi Auctores novi Tractatus Gallice perscripti Diplomaticae Rei, tom. III. part. II. sect. IX. cap. VIII. pag. 467. Trozii interpretationibus nimium fidentes, Aristotelis locum iam indicatum, secus quam ferret Philosophi Stagiritae instituta ratio, ac ipsa postularet, acceperint. Atque de Aristotelis quidem vera sententia hactenus.

At sunt quoque praeclara in hoc genere Ciceronis praesertim testimonia, ex quibus facile effici videtur, non interpunctionis modo sese percepisse necessitatem, sed etiam illa ipsa signa, quibus diversa orationis membra rite discernerentur, eius aetate iam fuisse satisque nota atque in libris observata. Primus autem Ciceronis locus est huiusmodi. „ Hoc in omnibus item partibus „ orationis evenit, ut utilitatem ac prope necessitatem „ suavitas quaedam & lepos consequatur. CLAUSULAS „ enim atque INTERPUNCTA verborum, animae inter„ clusio, atque angustiae spiritus attulerunt. Id inven„ tum ita suave, ut si cui sit infinitus spiritus datus, „ tamen eum perpetuare verba nolimus. Id enim auri„ bus

res esse, eosque magnae auctoritatis atque existimationis videam, qui de eo ipso interpunctio-

„ bus nostris gratum est inventum, quod hominum lateribus non tolerabile solum, sed etiam facile esse posset „. Satis haec quidem scite ab Cicerone dicta sunt, lib. III. *De Oratore* cap. 46. Operum tom. I. edit. Genevens. 1743. pag. 364. Quid enim indicant illae *clausulae*, quorum is meminit, nisi finium periodorum ipsas distinctiones; *interpuncta* vero *verborum* quid tandem illa sunt, nisi Cola & Commata, sermonis membra interpungentia? Quem M. Tullii locum tamen sibi obiiciens C. H. Trozius, loc. cit. pag. 246. seq., ubi suo more contra Ioan. Clericum hanc in rem multa disputat; de periodorum fine earumque clausulis eum intelligit, quae nihil, inquit, aliud sunt quam interpuncta verborum. Ridiculum! Implicat Trozius quae per sese perspicua sunt atque manifesta, eaque, quae recte a viris eruditis erant animadversa, penitus praetermittit. Quod vero mirabile est; Ioannes Clericus inducitur a C. H. Trozio, loc. cit. pag. 246., tamquam Claudium Dausquium refellens, perinde ac si ab ipsius stetisset sententia Dausquius ille idem, qui in *Orthographia*, pag. 137., paullo inferius citanda, antiquissimum fuisse interpungendi modum, quo non solum vocabula singula, sed etiam integri sensus ac periodi discernerentur, multis evincit, planeque ad veritatem contra Iustum Lipsium demonstrat.

Iam vero nisi interpungendae orationis signa quaedam Ciceronis tempore obtinuissent; quare eo in loco iam indicato, interpunctorum verborum mentionem ille idem iniecit? Quotus quisque etenim est, qui rem nominet, quam numquam noverit, nisi plane esset inventa?

Neque enim aliorsum illud alterum ex eiusdem Ciceronis *De Oratore* lib. III. cap. 44. Operum tom. cit. pag. 362.

ctionis argumento adeo perſpicue, adeo diſtincte diſſeruerint; C. H. Trozii cumprimis de Ari-

pag. 362. ſpectat . „ Verſus enim , inquit , Veteres illi „ in hac ſoluta oratione propemodum, hoc eſt, numeros „ quoſdam , nobis eſſe adhibendos putaverunt . Inter- „ ſpirationis enim , non defatigationis noſtrae , neque „ LIBRARIORUM NOTIS , ſed verborum & ſententiarum „ modo , INTERPUNCTAS CLAUSULAS in orationibus eſſe „ voluerunt „ .

Video , quid inde etiam ſtatuat poſt Iuſtum Lipſium in epiſtola ad Hubertum Audaientium, ſupr.cit., Trozius, ipſe loco iam indicato , idem eſſe falſum conſequens . At expediat denique quid illud quoque ſit : *Interpunctae clauſulae & Librariorum notae* . Non enim concludi quidquam ex iis Ciceronis verbis ſatis recte poteſt , quibus non conſtet certam quampiam determinatamque interpungendi rationem M. Tullium ipſum intellexiſſe . Enim vero , ſi nullae tum temporis in voluminibus exſtitiſſent ſimiles interpunctae clauſulae atque Librariorum notae , quibus verborum ſententiae , finis & concluſio periodi punctis diſtinguerentur ; quid Ciceroni fuiſſet opus , animum ad eas advertere ? Quae quidem reipſa interſpirationis eſſent certa indicia , morae interponendae cauſſa . Nam quemadmodum inferius dicit Cicero, libr. eiuſdem cap. 47. pag. 364. „ Longiſſima eſt igitur complexio „ verborum, quae volvi uno ſpiritu poteſt. Sed hic natu- „ rae modus eſt , artis alius „ . Interpungendi ergo verborum ſenſus ſive membra periodi punctis apte riteque diſcernendi ars, in qua & Rhetores & Librarii verſabantur , quaedam fuit Ciceronis aevo , ut interſpiratio ipſa cum legendo, tum dicendo potiſſimum iuvaretur . Quod ſane praeclarum inventum , uti paullo ante a me eſt recitatum ex Cicerone , animae interclusio atque anguſtiae ſpiri-

Ariſtotele, de Cicerone, deque Seneca, certe multa miſcentis atque perturbantis opinione non

ſpiritus attulerunt. Quamobrem coniectura uſus inani Trozius eſt, ut mittam ceteros, cum Ciceronem ad verborum & ſententiarum modum, animum dumtaxat hoc loco advertiſſe comminiſcitur. Quamquam de prolata oratione M. Tullium maxime fuiſſe locutum, facile patior; quid tandem impedit, quominus locus ille idem de ſcriptura accipiatur, uti reipſa eſt quoque accipiendus?

Quo etiam ſpectant, quae Cicero ipſe in *Oratione pro Murena*, cap. 11. Oper. tom. v. pag. 269. Iureconſultos irridens ſcribit: „ Primum dignitas in tam tenui „ ſcientia, quae poteſt eſſe? Res enim ſunt parvae, pro- „ pe in ſingulis litteris atque INTERPUNCTIONIBUS ver- „ borum occupatae „. Quod ſi adeo interpunctionibus curandis ſtudebant veteres Iureconſulti, quos tamen nimiae diligentiae incuſabat Cicero, ut minima quaeque etiam in litteris obſervarent, omnis ambiguitatis ſcripturae tollendae cauſſa; quid eſt ergo quod ipſius verba detorqueri in alienum ſenſum poſſint, quaſi de ſolis poſt voces ſingulas punctis, in quibus tamquam in rebus fere nullius momenti tantummodo haererent Iuriſperiti, ab ſe accepta fuiſſent? Falſus certe Iuſtus Lipſius eſt, & quem ſequitur Trozius, dum rem aliter evolvere putant. Ambiguis ſane ſententiarum verbis atque obſcuris haec ſolitaria puncta quam tandem lucem affudiſſent; quemadmodum Ciceronis aevo requirebant Iureconſulti, ut qui, quanti eſſet interpunctio, plane non ignorarent? Haec adeo Ciceronis ſententiae coniuncta, adeo inter ſe colligata, ac multum in Libri III. *De Oratore*, paullo ante indicatis locis ab ipſomet M. Tullio tradita, quonam tandem modo tam levibus, tamque alienis animadverſionibus diſſolvere, obſcurare atque implicare Lipſius, Muretus

non moveor. Quid etenim harum distinctionum mentionem fecissent ii Antiqui, nisi iam tum

tus, Morinus, Brencmannus, Trozius, aliique sperant posse? Legenda Aonii Palearii Verulani *Oratio in L. Murenam*, Operum edit. Amstelaedam. 1696. pag. 24. seq., quae exstat inter Ciceronis Opera edit. Genevensis 1744. tom. v. pag. 308. Confer Claudium Dausquium Tornacensem in *Orthographia Latini sermonis vetere & nova*, edit. Paris. 1677. tractat. IV. cap. I. II. pag. 134. seq. = Io. Clericum, loc. supra cit. pag. 127. seqq. Quibus Ciceronis locis, ex ipsius vera sententia, sic explicatis, illa distincta interpunctaque intervalla eum agnovisse statuamus, necesse est. Quare, quod Cl. Auctores Novae Diplomaticae Rei (tom. II. part. II. sect. III. cap. VII. pag. 397. in not.) Tullii mentem de iisdem intervallis contra esse, ac recens Scriptor (vid. *Encyclopédie*, edit. Lausan. tom. I. voce *Accent*, pag. 278., & tom. XXVI. art. *Ponctuation*, pag. 663.) censeat, arbitrentur; nihil moramur.

Sequitur quae Senecae fuerit, quam de ea interpungendi ratione tueor, sententia, nitique eius auctoritate pugno. Audiamus ipsum, quo pacto rem nobis eloquitur Epist. XL. inter eiusdem *Opera a Iusto Lipsio emendata & scholiis illustrata*, edit. Antuerpiens. 1652. pag. 452. „ Nos etiam, ait ipse, cum scribimus, INTERPUNGERE „ consuevimus „. Quae Senecae verba ego vero quum attente considero, inducere animum, ut iis assentiar, qui de solitariis punctis post voces singulas, illa interpretari sine ratione vellent, nullo modo possum. Ad quorum sententiam multum inclinare video Leonem Allatium, cuius lege *in Antiquitatum Etruscarum fragmenta ab Inghiramo edita animadversiones*, Romae 1642. §. XLVI. pag. 96. Sed labitur doctissimus Vir. Quod autem de iisdem

tum excogitatae in usu venissent ? Quum vero eorumdem veterum Scriptorum verba hoc loco describere longum sit; quid illi senserint in notationibus demonstrabo. Argumenta vero, quibus tam clara, tam manifesta testimonia nonnulli alioqui eruditi viri, uti Iustus Lipsius, Marc. Anton. Muretus, P. Io. Morinus, ceterique, quos praetermitto, infringere conantur, iisdem in subiectis notis dissolvam.

Quod si qui sunt ita instituti, ut ex allatis Aristotelis, Ciceronis & Senecae verbis negent posse eorum aetate obtinuisse hanc ipsam interpungendi rationem, quam tuemur;

iisdem punctis iam paullo a me ante dictum est, nihil attinet repetere, ne actum agam. Potest esse quidquam aeque ridiculum, uti recte animadvertit Claudius Dausquius, loc. cit. pag. 138., quam si ad singula verba interquiescat Orator? Quid enim sibi vult Seneca, nisi ut castiget Q. Haterii, etsi suis temporibus Oratoris celeberrimi, cursum in perorando nimium velocem, homine gravi & sapiente non sane dignum? Quemadmodum igitur, ipso Seneca iudice, lex ea scriptionis est, ut signa quaedam apte interpungendae sententiae dentur; ita in dicendo versatus sit oportet, Orator, ne nimia velocitate & magno cursu, ut ibidem dicit, verba ipsa convolvat. Quod quidem ipsismet scripturae interpunctionibus, quibus diversa periodi membra recte distinguerentur, exemplo sat luculento diserte commonstrat Seneca. Restat igitur, ut is omnino sit eius verborum sensus, quem nos explicavimus.

mur; hos, quae a Valerio Probo, quae a Nicanore, quae ab Asconio Pediano, quae a Divo Hieronymo, quae denique a Cassiodoro, aliisque memoriae tradita sunt; hos, inquam, omnes, si legerint, non modo errare se cognituros, sed etiam intellecturos huiusmodi distinctionum signa esse antiquissima.

Atque ab Asconio Pediano quidem, ut exordiar, quae Virgilii familiarem nonnulli volunt, at certe vetustae aetatis Scriptore, Claudii vero, quantum mea fert opinio, & Neronis Imperatorum saltem synchrono (1),

A a doctus

(1) Fuit Asconius Pedianus Patavinus, ut suorum temporum eruditissimus, ita totius antiquitatis & Ciceronis praesertim studiosissimus. Confer Francisc. Asulani epistolam ad Francisc. Contarenum, eiusdem Asconii *Expositioni in IV. Orationes M. T. Ciceronis contra Verrem*, edit. Aldinae 1522. in 8. praemissam. Ad aetatem autem quod spectat Asconii, videndus Io. Albert. Fabricius, *Biblioth. Latin.* tom. I. cap. VI. pag. 337. seq. edit. Hamburgens. 1712., editionis vero ab Io. Aug. Ernesto digestae, Lipsiens. 1774. lib. II. cap. VI. pag. 65. seq. Ego quidem Francisco Hotmano, Operum tom. III. edit. 1600. pag. 1318. facile assentior, Eusebii testimonio adserenti, Neronis tempore Asconium scripsisse, aetatemque ad annum produxisse quintum & octogesimum. Quamquam Claudio imperante Asconium etiam floruisse, mihi est vero simillimum. Idque cum coniectura multum probabile est, tum quibusdam vestigiis indicatur ex iis, quae Plinius & Quintilianus de Asconio prodiderunt.

doctus hanc in rem ac locuples testis est in suis ad VERRINAS adnotationibus , quemadmodum recte animadversum ab Claudio Salmasio est (1).De Nicanore dicam paullo post. Non discrepat Divus Hieronymus (2).Nam is quoque

(1) Consule eius ad Sarravium epistolam , locis paullo superius indicatis . Qua quidem epistola haec postremo in pauca contrahit Salmasius , de signis distinctionum loquens in vetustis Codicibus Mss. Graecis praesertim & Latinis , obviis , quibus ad antiquitatis eorum notas discernendas Sarravio ipsi de eo argumento ab se quaerenti , viam panderet aliquam . ,, Duplex , ait ille , distin-,, guendi ratio fuit , qua voces singulae invicem separa-,, bantur , & qua periodi & Cola . Antiquissima exem-,, plaria neutram habent neque apud Graecos , neque ,, apud Latinos . Nam plurimi qui uncialibus & ca-,, pitalibus litteris scripti sunt , voces invicem habent ,, distinctas . Quosdam tamen vidi , qui nullum ferme ,, vocum distinctionem ostendebant.Et nisi fallor,talis est ,, Manuscript. Livius Puteanorum . At in illis , qui ro-,, tundiore & minutiore charactere exarati reperiuntur , ,, fere semper dictiones omnes distinctae inter se appa-,, rent : sententiae vero absolutae solis punctis , hoc est ,, τελείαις στιγμαῖς , rarae in iis occurrunt subdistinctio-,, nes , quas tamen adhibere antiquitus solitas, & CICE-,, RONIS quidem aevo,patet ex ASCONII PEDIANI in Ver-,, rinas notis ,, . Fallitur ergo C. H. Trozius, loc. cit. pag. 246., Salmasium praepostere arguens , perinde atque nullum hanc in rem veteris Scriptoris testimonium protulisset . Asconii Pediani testis , qui M. Ciceronis Orationes contra Verrem exposuit , uti prius adnotabamus , fidem infirmet , si potis est, Trozius; posthac viderimus .

(2) Qua de re cumprimis in epistola ad Paullam & Eusta-

que ad morem librorum Demoſthenis & Ciceronis novam ſuam interpretationem ex He-

Euſtachium, ſive ſuae in translationem Iſaiae ex Hebraica veritate haec habet. „ Nemo, quum Prophetas verſibus viderit eſſe deſcriptos, metro eos exiſtimet apud „ Hebraeos ligari, & aliquid ſimile habere de Pſalmis & „ operibus Salomonis: ſed, quod in Demoſthene, & „ in Tullio ſolet fieri, ut per Cola ſcribantur, & Commata; qui utique proſa & non verſibus conſcripſerunt, nos quoque utilitati legentium providentes, „ interpretationem novam novo ſcribendi genere diſtinximus „. Haec ille, Operum edit. Pariſ. 1693. tom. 1. col. 473. ſeq.

Quod aliqui eruditi viri, praeeunte ipſo Iuſto Lipſio imprimis, illud S. Doctoris teſtimonium ſecus acceperint, atque ferat ratio, non mirari ſubit. Ii namque & ſui ſimiles Veterum de eodem argumento teſtimonia vel floccifacientes, vel aliorſum trahentes, hanc ipſam de qua inſtituitur ſermo, interpunctionem, tamquam recentioris aetatis inventum Antiquis prorſus incognitum habent. C.H. Trozii quidem hoc in loco Divi Hieronymi explicando inconſtantiam mutabilitatemque non moror. Neque ipſum Lipſium magis audio, S. Doctoris locum de Colo & Commate tantum, interpunctis verborum omnino excluſis, nobis interpretantem. Quorum pace dixerim: ii omnes maximo in errore verſantur. Etenim recte monuerat Iohan. Clericus, loco ſupra indicato, pag. 128. ſeq., hanc ipſam Hieronymi auctoritatem adducens, ut Ciceronem dixiſſe oſtendat, praeter ſententiam verborum & conſtructionis perfectionem, Veteres voluiſſe interſpirationes eſſe, ſive interpunctiones & notas Librariorum, veluti indicia, quibus integra oratio probe diſtingueretur & in dicendo & in ſcribendo; rem, inquam,

braeo factam, distinctionibus per membra divisis separasse tradit. Quae sane distinctiones, quibus periodi Cola & Commata comprehenduntur, uti illud explicat sanctissimus Doctor, quo pacto in integra oratione sine iis distinctis & interpunctis intervallis, quorum alibi etiam meminit Cicero (1), recte consistere queant, vix

ipsam, & bene, mea quidem sententia, eo Divi Hieronymi testimonio mirum in modum confirmari. Ut nimirum, ait Clericus, Rhetores solebant in gratiam discipulorum interpungere Oratorum scripta, ut intelligerent adolescentes ubi essent morae interponendae: ita etiam Hieronymus fecit, in eorum usum, qui divinas Scripturas legebant. Nolo omittendum quod ibidem etiam monet Clericus post Claudium Salmasium, *Prolegomen. in Solinum*, pagina mihi 34. edit. Parisien. 1629., exstare in Bibliotheca Regia Pariensi Codicem Tusculanarum Quaestionum, manu exaratum satis magnae vetustatis, in quo non ordine continuo, sicut in aliis tralatitium est, libri descripti feruntur; sed saltuatim per inaequales periodos, eo prorsus modo, quo Biblia sacra videmus. Cuius quidem Codicis specimen eleganter pictum & sese habuisse testatus Ioannes Clericus est, loc. cit. Quod autem ex eodem Divi Hieronymi loco, ut alia eiusdem silentio praetermittam, effici volunt quidam eruditi viri, S. Doctorem omnium primum fuisse, qui Libros sacros Commatis, Colis & Versibus distinxerit; alia quaestio est, quam paucis infra declarabo. Consulenda interim Cl. Ioannis Martianaei *Prolegomena in Divinam S. Hieronymi Bibliothecam*, Prolegom. IV. Operum eiusd. tom. I. edit. Parif. 1693.

(1) Locum integrum afferre iuvat. „Flumen aliis, *in-* „ *quit*,

vix ac ne vix quidem bene percipere me fateor. Nicanorem vero, de quo paullo ante, video Maiorum ſuorum conſtantem ac pervulgatam ſententiam nobis proferentem. Quid autem de interpunctis ſententiarum apud Homerum & Callimachum diſtinctionibus edidiſſet Commentarios (1), niſi horum

 cele-

„ *quit*, verborum, volubilitaſque cordi eſt, qui ponunt „ in orationis celeritate eloquentiam. Diſtincta alios, & „ INTERPUNCTA intervalla, morae, reſpirationeſque „ delectant„. Haec etiam ille in *Oratore ad M. Brutum*, cap.16. Oper. tom. 1. pag.509. Quamquam de variis dicendi generibus M. Tullium eo loco ſermonem inſtituere manifeſtiſſimum ſit, eius tamen nequeo ſatis mirari loquendi rationem, quae verbo reipſa exprimit illam ipſam artem interpungendi intervalliſque diſtinguendi ſententias; ne, ſi Commata & Cola punctis in ſcriptione non notarentur, legentium oculos fugerent. Qui Ciceronis locus mihi, niſi vehementer fallor, rem egregie illuſtrare videtur, aliiſque a me iam prolatis eiuſdem teſtimoniis argumento noſtro multum lucis adfundit.

De Commatis vero & Colis, quae illa diſtincta atque interpuncta intervalla, in ſcriptionis ratione & modo a Librariis obſervanda indicarent, & quorum Tullius ipſe non uno in loco mentionem facit, in *Oratore* praeſertim cap. 62., audiamus, quomodo rem paucis at ſcite explicat Claudius Dauſquius, *Ortographiae* loc. cit. cap. 11. pag. 137. „ Diſtinctionum nomenclationes, ait „ ille, *Commata*, *Cola*, *Inciſa Membra* ab ſcribendo pun„ gendoque ducuntur. Non a pronunciando: non igitur „ a ſcripto diſſeparanda„.

(1) Nicanorem Herniae filium, Alexandrinum Grammati-

celebrium Poetarum aetate iam consuetudo tenuisset, ut non modo in libris Veterum describendis talis fuisset interpungendi ratio, verum etiam Homerus ipse & Callimachus iisdem distinctionum signis, sive posituris (1) Poematia sua aut Opera notassent? Profecto si locus Suidae haec de Nicanore tradentis, aliter accipiatur, frustra igitur hunc laborem sibi sumpsisset ille idem Grammaticus Alexan-

maticum, qui temporibus Adriani Caesaris floruit, scripsisse de *Interpunctis apud Homerum* Περὶ στίγμης τῆς παρ' Ὁμήρῳ, καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν διαφορᾶς ἐν τῇ διανοίᾳ, *deque differentia, quae inde in sensu oritur*, deque iisdem *apud Callimachum* Παρὰ Καλλιμάχῳ, Auctor est Suidas, voce Νικάνωρ in eius Lexico edit. Cantabrig. 1705. tom. II. pag. 621. similia habet Eusthathius. Cum vero plura de eodem argumento in libris suis disputasset Nicanor, a quibusdam per irrisionem Στιγματίας, id est, *Notis compunctus* vocatus fuit. Videndus Io.Alb. Fabricius, *Bibliothec. Graec.* vol. I. lib. II. cap. II. §. XXI. pag. 276., & vol. VII. lib. V. cap. VII. pag. 46.

(1) „ Positura, *inquit S. Isidorus Hispalensis*, est figura ad distinguendos sensus per Cola & Commata & „ Periodos: dictae autem posturae, vel quia punctis „ positis annotantur; vel quia ubi vox, pro intervallo „ distinctionis, deponitur. Has Graeci θέσεις vocant, Latini posituras„. Haec ille, *Originum* lib. I. cap. XIX. edit. Parif. 1601. pag. 9. = Conferendus Diomedes Grammaticus, ipsius Isidori aetate multo antiquior, qui de iisdem differit in Opere, *De partibus Orationis &c.* inscripto, lib. II., quod extat inter Veteres Grammaticos Heliae Putschii, edit. Hanoviens. 1605. col. 432. seqq.

xandrinus. Quare doctissimi Dausquii (1) hanc in rem maxime probo sententiam, qui

(1) Loc. cit. pag. 137. Notarum harumce necessitatem cum scribendi lege cognitam adeoque coniunctam dicit, ut quae sint veluti scriptionis anima, mens, & lumen; namque iis sublatis in tenebris versetur oratio necesse est, & summa confusione. „ Non sine his, inquit Dausquius, „ notis Plato, Polus, Prodicus, Hippius, Protagoras, „ Gorgias? non Homerus, non Callimachus? etsi Calli- „ machi epigramma nescio quod a Politiano minime „ notatum memoretur: etsi ego totum Callimachi opus „ ex Langii Bibliotheca vidi hoc orbatum lumine. Eo- „ rum namque scripta, nisi hac distinctionis luce illu- „ strata fuissent, frustra de eorum interpungendi ratione „ libros elaborasset Nicanor „. Haec ille, qui argumentum egregie illustrat ex sequenti animadversione. „ Quid, „ quod in Homero Prosodias ipsas scriptas saeculis retru- „ sissimis testatissimum est ex Aristotele, lib. 1. Elench. „ cap. 4. (Operum edit. Paris. 1654. tom. 1. pag. 401.) „ ex Galeno tom. 4. tractatu de Sophismatis (Operum „ tom. 1. edit. Venet. 1576. pag. 7.) SS. quoque Patres „ Graeci, Latini in sacris foliis distinctus agnoscunt, pri- „ dem ante Adriani, & Nicanoris tempora „. Omitto cetera, quae Dausquius contra Iustum Lipsium, tacito eius nomine, affert ex Ciceronis, Senecaeque testimoniis, superius a me productis & explicatis. Atque illud diligenter considerari animadvertique oportet, quod, si in vetustissimis inscriptis Monumentis interpunctionis aliqua ratio extet, uti numero IV. superiore a me est demonstratum; si Accentuum usus, sive Prosodia, ea ipsa Homeri aetate iam invaluerat; aliquot distinctionum signa in scriptione Veteres & quidem ab ultimis temporibus cognita atque explorata habuerint, necesse est. Quum res

praeterea interpunctionis notarum originem ab antiquissimis usque temporibus repetit. Ac

res praeterea ex Veterum testimoniis plane constet, quemadmodum ergo inducere in animum potuit Claudius Dausquius, loc. cit. cap. VI. & VII. pag. 141. & 142., ut vetustissimos Graeciae atque Italiae populos Accentibus, fuisse destitutos, moribus vero recentioris aevi inventos receptosque existimaret? Quod Angelus Politianus, *Miscellaneorum* cap. LVIII. *Thesaur. Critic.* Iani Gruteri tom. I. edit. Francofurt. 1602. pag. 74., in eam iam inductus opinionem fuerit, nihil moror. Neque magis me movent quae Dausquius ex aliquot Veterum scriptis, nonnullisque Monumentis & Lapidibus, ibid. pag. 142. profert. Id autem sibi quo iure Dausquius sumat, nescio. Nam hoc idem ipse evertit argumentum, cum *Prosodias ipsas* in Homero descriptas paullo ante adseruerat; & quidem recte, uti Aristoteles & Galenus reipsa testati sunt, locis supra citatis. Hoc certum est: Accentuum rationem in scriptura esse antiquissimam. Confer eumdem Aristotelem, *Libr. De Poetica*, Operum tom. IV. pag. 31. Sed ne actum agere videar, lege, si placet, quae superius de Retinensi inscripto monumento adtuli.

Quod autem opponunt de Commata quodam, qui Homerici Operis sententias interpunxerit, cum antea nulla distinctione subdividerentur, leve etiam est. Is namque Scholasticus, quisquis tandem fuerit, morem veterum Grammaticorum, qui libros Antiquorum recensentes Colis & Commatis, aliisque signis distinguebant, secutus, idem in suo Homero ab ignaris Librariis praepostere descripto, fecisse dicendum est. De quo quidem Commata consule Leonem Allatium in libro *De Patria Homeri* cap. V., & eiusdem *Animadversion. in Antiquitat. Etruscarum Fragmenta* §. XLVII. pag. 97. seq. = Io. Al-

Ac mihi quidem veteres illi Graeciae Scriptores, quos enumerare longum esset, tan-

Albert. Fabricium, *Biblioth. Graec.* vol. I. lib. II. cap. II. num. 25. pag. 333., & vol. II. lib. III. cap. XXVIII. pag. 714.

Ego vero miror quid sit, quod C. H. Trozius, loc. cit. pag. 247. seq., aliique, ut evincant veteres Scriptores, veluti Aristotelem & Ciceronem, interpungendi rationem, quam tueor, neque scivisse, neque necessariam existimasse, eo argumentationis genere utantur, quod opera sua notis illis non distinxerint. Namque, inquiunt nostri homines critici, eorumdem veterum Auctorum exemplaria Mss. etiam antiquissima, quae innotescunt vel illis distinctionum signis omnino carent, vel iisdem rarissime notantur. Multos Codices antiquos proferunt cum Graecos tum Latinos, continua vocum serie descriptos, immo etiam Hebraicos, si iis tamen, quae de istis postremis libris Mss. dicunt, adhibenda assensio est; similes, inquam, laudant vetustos Codices nullo accentu, nullisque aut admodum raris distinctionum signis instructos, aut nullis capitum vel titulorum, vel sectionum divisionibus interstinctos, uti testatur Claudius Salmasius, *Prolegomen. in Solinum*, pag. mihi 22. seq., de libris Historiae Naturalis Plinii, Historiarum Thucydidis, Livii, Sallustii & aliorum Graeciae iuxta ac Latii Auctorum. Mitto quae hanc in rem disputat Henricus Brencmannus, *Historiae Pandectarum*, *seu fati Exemplaris Florentini* lib. II. cap. II. & IV. pag. 103. seqq., 125. seqq. Quid plura? Quibus doctis Viris etsi non repugnem, si de multis Codicibus Graecis & Latinis sit sermo: sin autem velint quod inde effici pugnant, numquam animum inducam, ut fatear. Quid enim? An propterea quod Librariorum incuria, atque inscientia, usu praepostero fere invaluisset, ut Codices olim male describerentur, in ipsa omnis inter- pun-

tanta animo complexi, uti ex Monumentis Atticis, eorumque libris potest perspici, plus mul-

punctionis prosadiaeque fuisse ignoratione versatos Veteres fuisse concluderemus? Nihil mihi aio videri minus. Librariorum id quidem peccatum fuit, saeculorum vero, in quibus transcripti huiusmodi Codices fuerint, nullo modo. Est ergo istud Adversariorum inane quoque, ac leve argumentum. Quis vero praeterea nostrorum criticorum hominum, Autographa Msta oculis usquam usurpavit Scriptorum veterum, ut adserere nullis prorsus interpunctis verbis distinctisque intervallis, nullis denique Prosodiae notis exarata illa fuisse, possit? Quamobrem illud maneat & fixum sit, quod modo adnotabamus, distinctionum signa, aliaque id generis veteres Scriptores non novisse modo, sed etiam usurpasse & quidem a primis temporibus. Cum autem haec dico, non is ego sum qui eam ipsam interpunctionis rationem Antiquis cognitam, eamdem tum fuisse, quam multis insequentibus temporibus usurpatam scimus, existimem. Multo aliter extitit Veterum interpunctionis modus & ratio. Puncto varié posito, uti explicat D. Isidorus Hispalensis, *Origin.* lib. I. cap. XIX. pag. 9. integram periodum, cuius partes sunt κῶλον & κόμμα, demonstrabat. Quem Isidori locum, quippe longiorem, aegre omitto, brevitatis caussa, cui potissimum consulo. At legendus Diomedes est, *De Arte Grammatica*, sive *de partibus Orationis & vario genere Metrorum*, lib. II. *De Posituris* inter *Grammaticae Latinae Auctores Antiquos* ab Helia Putschio editos Hannoviae, col. 432. seqq., qui quidem Diomedes ipso Prisciano, saeculi IV. altero Grammatico, antiquior est. = Vide & Aelium Donatum in eadem Putschii collectione, col. 1742., veterem item Grammaticum, qui circa an. 350. claruit. Adeundi Leo Allatius, *in Fragment. Etrusc.*

multo etiam vidisse eo in genere disciplinae videntur, quam nostrorum hominum criticorum est opinio. Quis enim putet, eruditis illis maxime temporibus, scripturae interpungendae rationem Graeciae defuisse? quae omnes artes vetustiores haberet. Quid? tot doctissimorum Virorum, quibus Graecia ipsa ante Aristophanem Byzantium iamdiu praestabat, ad eadem distinctionum signa oculos clausos fuisse dicemus? Id assequi ne levi quidem coniectura potest. Sed de Graecis illis hactenus.

Venio ad Valerium Probum, *inter suam aetatem*, ut verbis Auli Gellii in *Noctibus Atticis*, lib. IV. cap. VII. utar, *praestantem scientia*. Quemquidem illustrem Grammaticum, Senecae aequalem, *multa exemplaria contracta emendare, distinguere & adnotare curasse*, Auctor est alter Scriptor vetus & gravis (1).

Sed

Etrusc. animadvers. §. XLVIII. pag. 99. seqq. = Dan. Georg. Morhofius, *Polyhistor.* tom. I. lib. I. cap. VII. pag. 54. seq. = Bern. de Montfaucon, *Palaeogr. Graec.* lib. I. cap. IV. pag. 31. seq. = *Nouveau Traité de Diplomatique*, tom. III. part. II. sect. IV. cap. VIII. pag. 467. seq. &c.

(1) C. Suetonius Tranquillus in libro *De Claris Grammaticis*, qui exstat cum *Vitis Virorum Illustrium* edit. Basileens.

Sed quid ego plura persequor? An non antiquorum virorum doctorum, quos Magnus Aurelius Cassiodorus, qui saeculo V. exeunte clarus, VI. vero declinante obiit, est Auctores sequutus, testimoniis efficitur, iam inde ab admodum prisca aetate interpungendae scripturae originem esse omnino arcessendam? Sapienter igitur ab illo ipso clarissimo Scriptore animadversum Cassiodoro est, hanc illam de iisdem distinctis interpunctisque verborum intervallis fuisse a Maioribus nostris traditam disciplinam (1). Nec aliter D. Isi-

leens. 1563. pag. 416. Quae Suetonii allata superius verba certe clarissima, tenebris, ut solet, obducere conatur C. H. Trozius, loc. cit. pag. 248. At id hominum quidem est non illustrandae veritatis caussa, sed involvendae implicandaeque disputantium. Neque enim alio spectare possunt Suetonii verba, ut recte animadvertit Claud. Salmasius, *Epistola* iam superius indicata ad Sarravium inter *Sarravianas* CLXXXIII. a Petro Burmanno editas, pag. 188. Vide & D. G. Morhofii *Polybistorem*, loco paulo ante cit. tom. 1. pag. 55.

(1) „ Nam si corpus nostrum, inquit, indiget per „ membra cognosci, cur lectio, cum suis partibus vi- „ deatur esse distincta, confusa relinquitur? Istae siqui- „ dem posituræ, seu puncta quasi quaedam viae sunt „ sensuum & lumina dictionum, quae sic Lectores doci- „ les faciunt, tamquam si clarissimis expositionibus im- „ buantur. Prima est media, secunda subdistinctio, ter- „ tia plena, quas a MAIORIBUS nostris ideo constat IN- „ VEN-

D. Isidorus Hispalensis Antistes, VII. saeculi Scriptor illustris, rem intellexit, ut qui etiam scripserit huiusmodi & aliarum distinctionum notas apud celeberrimos Auctores fuisse (1). Ergo

" VENTAS, ut spiritus longa dictione fatigatus vires suas " per spatia discreta resumeret ". Haec ille, *De Institutione Divinarum Litterarum* cap. XV. Operum tom. I. edit. Rotomagens. 1679. pag. 548.

(1) Consule eiusdem *Originum* lib. I. cap. XIX. & XX. pag. 9. seqq. Quoquidem priore toto capite posituras illas antiquitus adhibitas edisserit doctissimus Antistes, quibus, uti paullo ante dicebam, variato tantum puncti situ, modo subtus ad unam litteram, modo ad alteram litteram mediam, tum ad caput litterae, subdistinctiones periodi & distinctiones demonstrantur. Huius Scripturae specimen exhibet prae ceteris Codex celeberrimus Ms. Virgilii Mediceo-Laurentianus a Cl. Petro Francisco Foginio in lucem editus Florentiae 1741. in 4., cuius vide Praefationem pag. XV. Qui Codex totus Romanis litteris scriptus & emendatus fuit atque distinctus a Turcio Rufio Aproniano, Viro Consulari anno Chr. 494. Altero vero XX. capite ad alias notas XXVI. progreditur D. Isidorus, quas Antiqui ad distinctionem scripturarum carminibus & historiis exposuerunt. Tametsi vero hunc interpungendi modum Veteres adhibere consuessent, punctorum vario situ, variaque eorum forma, quorum specimen exhibent Cl. Auctores novae Rei Diplomaticae tom. III. part. II. sect. IV. cap. VII. art. IV. tabula 60. & cap. VIII. pag. 461. seq., ceteras tamen interpunctiones omnino neglexisse vix ac ne vix quidem dicere ausim. Virgulae namque omnium minimae distinctioni periodi inservientes & quidem a forma nihil discrepantes hodierna, in Codicibus Graecis plusquam mille ab hinc annis

Ergo Maiores nostros dico, sic esse de interpunctionibus verborum distinctisque intervallis loquutos, ut plane indicarint hanc ipsam scriptionis rationem nullatenus ignorasse. Quod quoniam ita est, me multorum virorum, licet ingenii doctrinaeque facultate praestantium, auctoritas non movet, cum ratio & auctoritas Veterum cogant, ut contra atque illi putarint existimem.

Quum igitur scriptionis ratio, cuius meminimus, Maioribus nostris reipsa notata & cognita fuerit, illud quoque consequens omnino esse videtur, ipsam fuisse non in vetustissimis inscriptis Lapidibus Tabulisque solum usurpatam, uti supra constitit, verum etiam in describendis Manuscriptis libris iam usque a priscis & antiquis observatam temporibus (1).

Iam

nis occurrere, ab Cl. Bern. de Montfaucon, *Palaeogr. Graec.* lib. I. cap. IV. pag. 32., & a D. Gregorio Placentinio, qui eius Palaeographiam in Epitomem redegit, cap. XI. pag. 93. animadversum est. Confer etiam eosdem Diplomaticae Rei Cl. Auctores, tom. cit. cap. VIII. pag. 477. seq., qui easdem virgulas in Sulpicii Severi Msto Codice Veronensi annorum circiter MCCL., seu saeculi VI. ineuntis, inveniri scribunt, Troziumque merito castigant earum vetustatem negantem.

(1) Cuius veteris scribendi rationis magis magisque illu-

Iam vero, ut nos institutum teneamus, quaeramus oportet, an in iisdem Codicibus ea

illustrandae facultas nobis aliquando fortasse dabitur, si ingens convolutarum papyrorum numerus, Herculanei hoc saeculo repertorum, tandem ita evolvantur ac pateant, ut scripturae contextum percipere satis simus.

Sed fato invido

Carbonem, ut aiunt, pro Thesauro invenimus.

Haec Phoedrus, lib. v. fabul. 6. Ut ut sit, spem pleniorem concepimus fore, ut diligentius excutiantur Herculanenses Codices, quibus, multa, quae iaceant, renascentur bonarum artium incremento. Ceterum quod doctus Iacob. Martorellius in extremo suo primo libro *De Regia Theca Calamaria*, Parergi cap. III. edit. I. Neapolit. 1756. pag. 272. de iis papyris breviter disputat, nolo praetermittendum. Animadvertit autem Cl. Vir scriptionis rationem in iisdem non ita se habere, ut quanta est ea papyrus, longissima scilicet, si extendi possit, versus per eamdem longitudinem exarati sint, sed brevissimos videmus, & ad parvas columnas binos circiter digitos latas conformatos, quos superne deorsum facile legamus, exiguo admodum spatio inter easdem iniecto. Omnes fere hi Codices, inquit Martorellius, Latiari Lingua illiti sunt: unum Graece scriptum, alterum ignotissimis prorsus characteribus tinctum novimus, quos neque Etruscos dicas, neque Punicos, quam longissime enim ab iis distant; sed, si hariolari licet, Sabinos salutarem. Nam has oras, subdit ipse, eam gentem insedisse non multis ante excidionem Vesuvinam annis, quam Syllam tandem pessumdedisse constat. Elementa vero, ut moris erat, maiuscula sextam plus minus unciae partem exaequare statuit doctus Vir; at in quibusdam libellis paullulo minora, non ea elegantia, quae sub Traiano vigebat, ducta. Voces tan-

ea Veterum interpungendi obſervata reipſa fuerit ratio, quam in adnotationibus noſtris

tandem ſingulas punctis eſſe diſtinctas & prae ipſa papyro exuſta nigriores, quae tenuiſſima eſt, atque exilior, ut quaevis ex noſtratibus membranis elimatiſſimis, idem dicit.

Quae quidem interpunctionis ratio an in omnibus & ſingulis Herculanenſibus papyris reipſa deprehendatur, ſicut ibidem adſerere videtur Cl. Martorellius (vide & indicem I. tomo eidem praefixum pag. XL.) vix crediderim. Nam pag. 276. in his ſexcentis, quos ait, Codicibus voces plerumque, punctis iniectis, ſeiunctas animadvertit. Ex quo efficitur, quae vera eorum fuerit interpunctio, quae in quibuſdam aliqua certe conſpicitur, difficile aſſequi nos poſſe, donec tandem excutiantur & explicentur Herculanenſes Codices. Praeterea, non eam ſolam fuiſſe interpunctionem antiquis Latinis, Graeciſque cognitam manifeſta res eſt atque teſtata, ut ſupra eſt demonſtratum. Quamquam eam ipſam Veteres etiam in libris aliquando uſurpare conſueſſe, negari nullo modo poteſt. Quod imprimis patet ex Pſalterio Sedulii Scotti, ſaeculo IX. graece manu exarato, ſed per Κῶλα & Κόμματα. Quem ſingularem Codicem ad normam alterius vetuſtioris libri, eodem plane modo interpuncti, Sedulium Scottum deſcripſiſſe, eſt vero omnino ſimillimum. Huius Pſalterii charactere unciali deſcripti ſpecimen exhibet Cl. Montfauconus, *Palaeogr. Graec.* lib. III. cap. VII. pag. 237. deque eodem Codice ibidem etiam commentatur. Similis interpunctionis poſt ſingula verba habes exempla in Virgilio Vaticano antiquiſſimo, num. 3867., qui a Pierio Romanus appellatur, cuiuſque ſpecimen exhibetur in Virgilio ab Antonio Ambrogi Romae edito an. 1763. tom. I. pag. XCIV. Confer Iohan. Mabillonum,

De

ſtris ſatis explicavimus, cuiuſque antiquiores Grammatici Graeci atque Latini praecepta & quaſi vias Librariis tradidere, quae ad illam, diſtinctis etiam intervallis diligenter notandam ferrent. Atque, uti paullo ante (1) adnotabamus, ſi vetuſtioris aetatis Manuſcripti libri conſulantur & Graeci & Latini, de Hebraicis autem, aliiſque Orientalibus poſthac dicetur; ſi, inquam, illos Codices evolvamus, omnem interpunctionem ipſaque diſtincta verborum intervalla in iiſdem ſaepe neglecta deprehendimus. Quae res, etſi certa eſt, non minimam, mea ſententia, in vera multorum illorum Codicum aetate plane definienda intulit partem incommodorum (2).

B b Sed,

De Re Diplomat. lib.v. pag.345. vetuſtiſſimum Legis Romanae fragmentum proferentem, eodem plane modo interpunctum. Mitto alia exempla, ne in re notiſſima longior ſim, quam oporteat.

(1) Supra, pag. 377. in not.

(2) Animadvertit Bernard. Montfauconus, loc. ante cit. lib. I. cap. IV. pag. 32., eam certe vocum coniunctionem ſine intercapedine ulla in Tabulis & Manuſcriptis pene omnibus priſcae vetuſtatis fere ſemper occurrere, iis exceptis nimirum Tabulis & Marmoribus, ſive Inſcriptionibus, in quibus poſt voces ſingulas puncta notantur ad diſtinctionem ſcilicet & faciliorem lectionem, de quibus pag. 31. ante dixerat. In iſtis vero punctum in fine linearum omittitur in Latinis perinde atque in Grae-

Sed, cum ſingula perſequi dicendo longum eſſet, ex ſic animadverſis de Manuſcriptis Codici-

Graecis. Mox addit, ne quidem in Codicibus inferioris aevi; iis nempe, qui a nono ſaeculo litteras complures ductu calami colligatas praeferunt, vocum diſtinctio per ſpatia quaedam inter ſingulas relicta perpetuo obſervari. Nam in illis etiam verba paſſim cum ſequentibus iuncta conſpiciuntur. Imo vero haud infrequenter vox praecedens cum ſubſequenti uno eodemque calami ductu coniungitur. Quod quidem ex Codicibus, quorum varia ſpecimina adfert in eadem Palaeographia, manifeſte liquet. Quod ſi interdum, inquit ille, voces ſpatio interpoſito diſtinctae obſerves, quod non raro evenit, etiam paſſim duas eiuſdem vocis ſyllabas pari intercapedine ſegregatas deprehendas; ita ut nonnumquam prior ſyllaba cum praecedenti voce, poſterior cum ſequenti coniungatur.

Latinorum quoque Codicum & remotioris & recentioris aetatis eadem fere eſt ratio, quoſque, ſi neceſſe eſſet, numerarem. De quibus conſulendus Cl. Mabillonus, *De Re Diplomat.* lib. v. pag. 345. ſeqq. Vide etiam Cl. Godofredum, ſive Godefredum Von Beſſel in *Chronico Gotwicenſi*, tom. I. cap. II. ſeqq. pag. 34. ſeqq. = *Nouveau Traité de Diplomatique*, tom. III. part II. ſect. IV. ch. VIII. pag. 404. ſuiv. Cet.

Quibus ita animadverſis, ſi verborum ſeries, nulliſque aut rariſſimis interpunctionibus diſtinctiſque intervallis diviſa, in aliquot Graecis & Latinis Codicibus & quidem vetuſtiſſimis, aeque deprehendatur ac in aliis multo ſerioris aevi Manuſcriptis libris; quonam tandem pacto veluti certus omnique exceptione maior vetuſtatis eorumdem Codicum Canon, illa continua verborum ſeries, ſicut doctioribus Antiquariis placet, ſit ſemper haben-

dicibus in universum; distinctis interpunctisque intervallis, aut numquam, aut perraro notatis, quid tandem sequatur, videamus. Ut in plerisque rebus, sic in hac quaestione duplex est consideranda via, quarum altera est longior, brevior altera, eadem etiam planior. Quare, ut ad quamplures Manuscriptos libros, quibus institutum assequamur, conferamus nos, quique profecto in promptu essent, non est necesse: eaque ratione rem celeriter expediteque conficiemus.

Principio vellem equidem, ut quemadmodum aliqui eruditi viri multos iactant Codices, quibus id quod contendunt, efficiant; ita & alios, immo & nonnullos eiusdem aetatis notassent. Atqui in Codicibus Graecis & La-

habenda; nisi alioqui indicia adsint alia, quae Codicis priscam aetatem prodant? Cum haec praedico, non is ego sum, qui eundem Canonem omnino reiiciendum putem; sed rem sane quam implexam arbitror multisque implicatam difficultatibus. Quoniam igitur similes Msti libri cum Graeci, tum Latini & vetustae & recentis aetatis non desint, quibus, ut res plane definiatur, solum adhibenda assensio est, numquam committam, uti me de Canone sic vario atque incerto unus aliquis existimet, temere tulisse sententiam. Quamquam & illud est concedendum, in Codicibus iisdem saeculi IX. posteriorisque aetatis perscribendis Librarios ipsos ea indistincta verba minus frequenter usurpasse, diligentioresque fuisse.

tinis etiam vetustissimis, huiusce scripturae interpungendae rationis, Maioribus nostris certe cognitae, ab iisdemque traditae memoriae posterorum, non obscura quin immo certissima deprehenduntur vestigia, uti in subiecta (1) ostendo adnotatione.

Quod

(1) Rem demonstrare, multis non est opus. Aliquot adeamus vetustissimos Codices, ex quibus nostrum illustremus argumentum, quos quidem v. aut saltem vi. saeculo descriptos, recte ac merito censent doctiores Rei Diplomaticae Scriptores. Nam, quod exstent iii. & iv. saeculo exarati Codices, fortassis quoque vetustiores, non modo non repugno, sed etiam viris doctis sic opinantibus, facile lubensque assentior. At, quum nulla horum Manuscriptorum aut certa, aut multum probabilis tantae vetustatis nota prolata hactenus fuerit, ad illos Codices praesertim v. aut vi. saeculi nostra primum circumscribatur notatio, melioris certe consilii est atque otii. Digna sane quae notentur, quae ea de re habet Cl. Montfauconus, loc. cit. lib. iii. cap. I. pag. 193., nempe aevum Codicum (de Graecis loquitur) qui ante septimum saeculum scripti sunt, nulla potest certa nota distingui, quandoquidem omnes eadem pene litterarum forma sunt exarati. Consulendi quoque Cl. Auctores Novae Rei Diplomaticae, tom. I. part. II. cap. xvI. pag. 686. seqq. A Graecis ergo Codicibus exordiar, paucissimis contentus exemplis, ne longiore oratione latius vagari videar, quam sit necesse.

Ex iisdem Manuscriptis libris, qui sibi noti erant, nullum sese vidisse opinabatur Cl. Montfauconus, loc. cit. pag. 187., Codice Colbertino, num. 3084. nunc Bibliothecae Regiae Paris., cuius confer *Catalogum Codd. Mss*.

Quod ſi igitur vetuſtiſſimos proferre Codices queamus, illis aut diſtinctis, aut in-

B b 3 ter-

Mſs. tom. II. num. XVII. pag. 8. ſeq. Continetque fragmenta librorum Exodi, Levitici & Numerorum ex Verſionis Graecae LXX. Interpretum textu Origeniano. Nullam interpunctionem in Codice quadris & rotundis deſcripto litteris obſervari animadvertit Cl. Benedictinus, quamquam in fine Exodi duo puncta cum lineola de more exſtare hoc modo : ⁻ idem monet. Ex ſpecimine tamen egregii Codicis ab doctiſſimo eodem Viro, ibidem exhibito, ea duo puncta cum lineola nunc huc, nunc illuc obvia, licet quandoque minus recte poſita, deprehendi clare liquet. Capitis II. libri Levitici verſus 16. ſpatiolo deſinit in voce Κυρίω *Domino*, per compendium ſcripta, Capitis vero III. eiuſdem Libri initium ducit a vocis littera ad marginem paullulum excurrente, hoc modo: Ἐὰν δὲ, *Si vero*; quae verba diſtinctiſſime exarata ſunt. Reliquae autem ſcriptionis ratio, continua ſerie, vocibus etiam una colligatis, maximam partem repraeſentatur. Simili littera marginali notatur principium verſus 6. eiuſdem Capitis, ad ſententiae profecto maiorem diſtinctionem. Quod, uti videtur, claro argumento eſt, in Codicibus vetuſtiſſimis deſcribendis, nulla etiam aut perraro interpuncta diſtinctaque intervalla praeferentibus, Librarios ipſos, non incurioſos modo, ſed etiam imperitos, eam vocum continuam ſeriem non ſemper tenuiſſe, ut quae eſſet ab inſtituto Maiorum prorſus aliena.

Eſt alter vetuſtiſſimus Codex Graecus, membraneus, Caeſaraeus, fragmenta libri Geneſeos & partem quamdam minimam Evangelii Lucae complectens, quem Petrus Lambecius, *Bibliothec. Vindobonenſ. Caeſareae* lib. III. pag. 2. ad Conſtantini aevum revocat; ſed praeter rem, uti videtur Cl. Bernardo Montfaucono, loc. cit.

pag. 193.

terpunctis verborum intervallis, licet minus accurate notatos: re, inquam, eo demonstra-

pag. 193., qui Colbertino, de quo paullo ante, aetate eundem non vetustiorem contendit. Ex specimine Codicis uno fere tenore descripti litteris uncialibus, ibidem a docto Benedictino post Lambecium, loc. cit. pag. 14., qui de Codice fuse, ut solet, ibid. differit, dato, Capitis XIV. Geneseos versum 17. seqq. referente, voces nonnullas intervallis distinctas in Manuscripto deprehendimus. Exempli caussa, Ἐις τὴν κοιλάδα τὴνσαυὴ: *Ex Valle Save*: quae ultima vox suo articulo licet copulata, duobus punctis periodum claudentibus notatur. Mitto alias interpunctiones in eodem specimine obvias. Incipit autem Caput littera maiori unciali rotunda. Quam scriptionis rationem litteris nunc maiusculis, nunc eiusdem magnitudinis, ac cetera contextus plurium Codicum elementa, columnae scripturae tramitem excedentibus, ab antiquis Calligraphis, maioris sententiarum distinctionis caussa, usurpatam, exemplis permultis illustrare, quae ex Manuscriptis libris sumerentur, possem. At brevitati potissimum studere coacto, non pauca mihi sunt praetermittenda. Consulendum interea insigne *Fragmentum Copticum ex Actis S. Colutbi Martyris, erutum ex membranis vetustissimis saeculi V.* a plurimum reverendo Cl. Augustino Antonio Georgi, Eremitarum Ordinis S. Augustini Procuratori Generali latine redditum notisque eruditis illustratum, quod doctissimus & amplissimus Praesul Stephanus Borgia, a Secretis sac. Congregat. de Propaganda Fide, ex suo Museo in lucem protulit Romae 1781. in 8.

In huius pretiosissimi fragmenti characteris specimine, tabula aere incisa ibidem repraesentato, illud est animadvertendum, quod membra periodi unico distinguun-

strata modo, quid superest dicendum, nisi ut Librarios statuamus, ineruditis quibus-

guuntur puncto, quamvis verba uno quasi tenore alioqui describantur, nullaque in membraneo fragmento aut Capitulorum, aut Sectionum exstent indicia; littera tamen primae vocis novae sententiae initiali ad marginem ita excurrente, ut eiusdem scripturae continua series atque incommodum evanescant.

Inter alia litteraria Musei Borgiani Cimelia non minoris pretii est alter Codex in 4. maiori, membraneus, Graeco-Copticus, sane praestantissimus, ad rem nostram maxime faciens. Codicis paginae singulae in duas sunt distinctae columnas, quae a laeva Graece, quae vero a dextera Coptice exaratae conspiciuntur, & quidem uncialibus quadratis simul & rotundis litteris. Est autem insigne fragmentum Evangelii S. Ioannis a versu 28. Capitis VI. ad versum 23. Capitis VIII. Egregii Codicis meminere eruditus atque amicissimus Andreas Christianus Hwiid Hawniensis, in suo praeclaro *Specimine ineditae Versionis Arabico-Samaritanae Pentateuchi e Codice Manuscripto Bibliothecae Barberinae.* Romae 1780. pag. 14., & Cl. Abbas *Du Contant de la Molette*, in opere Gallico, inscripto: *Traité sur la Poésie & la Musique des Hébreux. Paris* 1781. pag. 28., tum eius Cl. possessor, ille idem ornatissimus Praesul Borgia, in praefatione sane docta ad paullo ante indicatum Actorum S. Coluthi fragmentum pag. 4.

Ad Codicis vero vetustatem quod spectat, saeculo IV. aut V. scriptum fuisse vel saltem VI., multa profecto sunt quae suadeant. Nam & Codicis ipsa facies, & litterarum pristinarum ductus, flexus, magnitudo, positus, & chartae membraneae color notam nec dubiam ferunt maximae aetatis. Neque audiendus Cl. Montfauconus est, *Palaeo-*

dam temporibus neque adeo diligentes sem-
per fuisse , neque adeo ignaros , ut singula
quae-

Palaeographiae Graec. lib.IV. cap.VII. pag.313. asserens, Codices Copticos , qui supersunt , non admodum vetustos esse . Quamvis nullum sese vidisse dicat , qui annos plus quam quingentos praeferret, eorum, quos in Vaticana , Regia Parisiensi , aliisque Bibliothecis inspexerat , de Exemplaribus Copticis, uti Borgianis, ceterisque eiusdem Cl. Praesulis Coptico-Graecis Codicibus aliter certe statuisset doctissimus Montfauconus , si tales evolvendi aliqua sibi esset facultas data .

Iam vero , ut aliqua institutae nostrae interpunctionis ratio ex ipsius Codicis textu Graeco aliqua habeatur , istud paucis dicemus : periodum nempe puncto plerumque claudi , sequentem vero littera maiuscula a linea modo incipere , modo etiam eadem in linea post ipsam periodum sic interpunctam , sed prima insequentis lineae voce initium ducente a simili maiusculo elemento , veluti novae periodi signum . Quem scripturae modum a Librariis frequenter observatum in Codicibus describendis fuisse , ab Cl. Montfaucono , loc. cit. lib. I. cap. IV. pag.27. seq., ostensum est . Nos autem rem ipsam aliquot exemplis illustrabimus ex eodem praeclaro Borgiano fragmento Evangelii S. Ioannis . Cap. VI. vers. 29. & 30. sic legitur :

—— *απε*	*Mi-*
σταλκεινεκει	*sit il-*
νος . ειπον	*le . Dixerunt*
Ουναυτωτι	*ergo ei . Quod &c.*

Idem punctum minores periodi distinctiones quandoque etiam indicat ; ut ibid. cap. VI. vers. 35.

πιστευωνεις	*Credens in*
εμε . ουμηδι	*me , non si-*
ψησει ——	*tiet &c.*

Ibid.

quaeque aut probe animadverterent, aut omnino praetermitterent suis in transcribendis Manuscriptis Codicibus? Er-

Ibid. vers. 38.

τοθελνματο	*Voluntatem*
εμον. αλλατο	*meam, sed*
θελνμα ——	*voluntatem &c.*

Punctum quoque ad periodi clausulam saepe adhibetur, reliquo eiusdem lineae spatio nulla scriptione notato; ut Cap. VII. vers. 51. 52.

τιποιει .	*Quid faciat?*
Απεκριθησαν	*Responderunt &c.*

Ibid. vers. 52. & Cap. VIII. vers. 12.; desiderantur namque in Codice eodem & Comma 53. Cap. VII. & priora duo Capitis VIII., tum sequentia Commata ad undecimum eiusdem Capitis, in quibus narratur Historia foeminae adulterae. Qui quidem Codicis naevus cum non paucis vetustis Exemplaribus & Graecis & Latinis aliisque, immo etiam Copticis, est communis. Qua de integra Pericope Historiam eamdem complectente multa sane a Scriptoribus iam disputata sunt, uti legere est apud Io. Alb. Fabricium, *Codicis Apocryphi Novi Testam.* tom. I. pag. 356* seqq. Vide etiam, si licet, Ioan. Christoph. Wolfium, *Curarum Philolog. & Critic.* in Nov. Testam. tom. II. pag. 883. seq. Eam vero Historiam D. Evangelistam Ioannem auctorem reipsa habuisse, in eiusque Autographo exstitisse, a viris eruditissimis demonstratum est planeque ad veritatem, contra atque pugnarunt audaces quidam Critici, eiusdem Historiae *αὐθεντίαν* convellere tentantes; quosque temere sequutus prae ceteris est Scholiastes sibi ipsi nimium saepissimeque indulgens Ioan. Iac. Wetstenius in sua editione *Nov. Testam. Graec. cum variis Lectionibus*, tom. I. pag. 890. seq. Hugonis Grotii autem (*Annotat. in eum loc.*) inanem & vanam coniecturam, cui praepostere assentitur recens scri-

Ergo ne illud quidem vereor, si aliquis antiquiores illos Codices nullis omnino, aut fere

scriptor Io. Georgius Rosenmullerus, *Scholiorum in Nov. Testam.* edit. Norimbergens. 1778. tom. II. pag. 307. seq., eamdem integram Pericopem de muliere adultera, ab divo Ioanne non scriptam quidem, sed ab ipso Evangelista aliisque Apostolis viva voce narratam effutientis, non est quod moremur, ut quae & periculi plena sit, nulloque innixa fundamento. Namque praeterquamquod integritati sacri Textus omnino adversatur, si quid ceu Canonicum a privatis hominibus Evangelistarum Historiae addi olim potuisse opinemur; non desunt profecto vetustissimi etiam Codices & plures, qui eamdem Historiam integram servarunt: quod recte monuit Divus Hieronymus, lib. II. *Adversus Pelagianos*, Operum tom. IV. edit. Paris. 1706. col. 521. & apud Io. Alb. Fabricium, loc. cit. pag. 357 *, qui ibid. consulendus. Confer quoque Ioan. Millium, *Prolegomena in Novum Testamentum Graec.* ex Ludolphi Kusteri recensione, num. 251. seq. & 892. seq., & in hunc loc. pag. 219. seq. Adde Ioan. Christoph. Wolfium, loc. cit. = Cl. Philipp. Garbellum, *Epistola I. de Codice Evangeliorum Brixiano ad Ios. Blanchinum*, quae exstat in eiusdem Cl. Blanchini *Prolegomenis ad Evangeliar. Quadruplex*, pag. 23. seq. Mitto ceteros, qui pro vindicanda Pericopes huius γνησιότητι & αὐθεντίᾳ egregia rationum momenta adhibuere. Sed haec obiter.

Ad fragmenti scriptionis modi exemplum alterum, uti paullo ante dicebam, ex indicatis versibus Cap. VII. & VIII. producendum, redeo.

—— προ	*Pro-*
φητησουκε	*pheta non sur-*
γειρεται	*rexit.*
Παλινουναυ	*Iterum ergo ip-*
τοις ——	*sis &c.*

Ac

fere nullis, sive distinctis, sive interpunctis verborum intervallis perscriptos proferat; cum & re-

Ac de hoc egregio fragmento ab eodem Cl. Viro, ornatissimoque Praesule propediem typis vulgando, satis me dixisse arbitror. Hoc illud addo, eam ipsam scripturae rationem, quam ex Graeco Textu hactenus adnotavi, in Coptico eiusdem Evangelii S. Iohannis, & quidem dialecto Thebanensi superioris Aegypti, seu Sahidica scripto, non autem Memphitica, sive Alexandrina, frequentius occurrere. Quod profecto de aliis venerandae antiquitatis sacris Monumentis Coptice item descriptis in Museo Borgiano adservatis, asserere possumus; uti de Iobi fragmento in fol., VII. circiter saeculi, Cap. XL. versum 13. ad finem usque libri Scriptoris S. complectente; tum de altero eiusdem libri Iobi Codice toto integro, in 4.; denique, ut ceteros praestantissimi Praesulis Codices membraneos eadem lingua exaratos mittam, de insigni libri Ecclesiastes fragmento similis vetustatis. Qui quidem libri poetica scribendi ratione maxime conspicui, argumento nostro magis magisque ornando lucem afferrent plurimam.

Multa sane, neque minora ex non paucis aliis Manuscriptis libris Graecis tam remotioris, quam recentioris aevi in promptu essent, quae ad illa distincta interpunctaque verborum intervalla spectant, animadvertenda. Sed longior essem, & modum facere volo. Auctor tamen Lectori sum, ut celebris Codicis Alexandrini, sive LXX. Interpretum Versionis exempli ab Ernesto Grabe Oxonii in fol. & in 8., ut aiunt, anno 1709. & seqq. editi, specimen adeat, & ea, quae de scriptionis Codicis singulari ratione idem commentatur suis in *Prolegomenis* ad eiusdem editionis Tomum I. cap. I. §. 6. 7., tum quae Ioannes Millius, *Prolegomen. in Nov. Testament. Graec.* cum Variantibus Lectionibus, ex Ludolphi Kusterii recen-

& recentioris aetatis Manuscriptos libros opponere, eadem plane ratione exaratos, possim;

censione, num. 1340. pag. 143. de Tomo quarto eiusdem Codicis Alexandrini Novum Testamentum comprehendente, hanc in rem breviter disputat. Consulat etiam Lector velim, si placet, varia celeberrimorum Codicum Graecorum specimina, quae Tabulis aere incisis edenda curarunt Cll. Viri Montfauconus & Iosephus Blanchinus; ille toto libro III. & IV. *Palaeograph. Graecae*, & *Bibliothecae Coislinianae olim Seguerianae* part. I. pag. 3. 242. part. II. pag. 260., hic vero in *Evangeliarii Quadrupl.* part. I. post pag. CDXCIII. seqq. DV. seqq. & part. II. post pag. DLXXXVIII. & DXCII. tum in suis *Vindiciis Canonicarum Scripturarum*, pag. XXIII. seq. XXX. CCLXXIV. seq. Adde his *Nouveau Traité de Diplomat.* tom. I. iam ante cit. pag. 686. tabula XII. suiv. = Specimina Characterum Graecorum a saeculo X. ad XV., quae exhibentur initio *Graecae D. Marci Bibliothecae Codicum manu Scriptorum per titulos digestae* ab Anton. M. Zanetti & Anton Bongiovanni. Venetiis 1740. fol.

Sed scribendi finem numquam facerem, si de Codicibus quoque Latinis, quemadmodum mihi propositum huius adnotationis initio fuerat, differere nunc vellem. Brevibus igitur absolvenda res est. Quamquam ex vetustissimis sane libris Manuscriptis, qui supersunt, quorumque plura habemus specimina ab eruditis viris edita, illorum distinctorum interpunctorumque intervallorum exempla permulta facillime sumerem. Inter varia scripturae Romanae vetustiorum Codicum specimina a Cl. Iohanne Mabillono, *De Re Diplomat.* lib. V. pag. 345. exhibita, extat *C. Iulii Caesaris Testamenti* in cortice seu papyro Aegyptiaca scripti specimen, sane dignum quod observetur. Nullam quidem interpunctionem exhibet

sim; sintque praeterea mihi multorum etiam vetustiorum, quae hinc inde colligerem egre-

bet scriptio; at verba interdum ita distinctis disiuncta intervallis in eodem specimine leguntur, ut optari nihil possit, quod ad rem nostram magis conferat. Sed quoniam multos Codices ita esse exaratos vetera documenta testantur, igitur lapsus errore idem doctissimus Mabillonus est, loc. cit. lib. I. cap XI. §. XV. pag. 51. (vide etiam Dan. Eberhard. Baringii *Clavim Diplomat.* pag 72.) & quem sequitur Cl. Auctor *Chronici Gotwicensis*, tom. I. lib. I. §. VI. pag. 20., cum nullam fere verborum distinctionem factam a Notariis fuisse contendunt usque ad Carolum Magnum, qui, inquit ille, praeeunte Alcuino punctorum distinctionem restituit. Vide eumdem Mabillonum, ibidem in Supplement. cap. III. pag. 13. Eamdem crambem repetit C.H.Trozius in Notis ad Herm. Hugonis librum *De prima scribendi Origine*, cap. XXVII. pag. 250. Consulendi Cll. Auctores Novi Tractatus Rei Diplomat. tom. III. pag. 493. seqq.

Huiusmodi autem interiecta spatia ipsius interpunctionis vices peregisse, a viris doctis iam animadversum est, & superius adnotavimus. Consequens ergo est, ut de quampluribus idem dicamus vetustis Manuscriptis libris, quod ait Cl. Scipio Maffeius de antiquissimo Codice Bibliothecae Capituli Veronensis, quique libros Regum ex Versione Hieronymiana complectitur, „ Ubi sententia sive periodi membrum desinit, intervallo ut plurimum distinentur verba: nulla tamen colligitur in Capita, aut in versus discretio „. Haec ille, in *Opuscoli Ecclesiastici Volgari e Latini* pag. 62. in extremo eiusdem opere *dell' Istoria Teologica delle dottrine e delle opinioni &c. in Trento* 1742., inscripto. Huius egregii Codicis, qui ab ipsius Hieronymi aevo Scipioni Maffe-

egregia specimina in promptu, quibus ea ipsa interpuncta distinctaque intervalla, ab antiquis Calligraphis in iisdem Codicibus conscribendis usurpata, maxime comprobentur.

Quod si verum hoc est, erit quoque consequens, quod modo adnotabam, nisi equidem

Maffeio non videtur longo intervallo abesse, formam characterum atque eius specimen exhibet, deque eo disputat laudatus Cl. Blanchinus, loc. paullo ante cit. part. II. pag. DXCIX. & post pag. DC. Confer Novae Diplomaticae Rei Auctores supra indicatos, tom. III. pag. 465. seq.

Cum haec satis esse videantur, nolo iis & similibus exemplis proferendis amplius immorari, quae profecto adessent. Quare non est necesse, ut quae ex diversae aetatis Codicibus Latinis, quorum specimina, ut modo aiebam, viri docti dedere, occurrerent dicenda, heic fusius explicem. Adeas igitur illa ipsa eorumdem Codicum varia specimina apud Mabillonum ipsum, loc. cit. lib. V. pag. 345. seqq., & Iosephum Blanchinum, cum in extrema parte II. eiusdem *Evangeliarii Quadrupl.*, tum in *Vindiciis Canonic. Scripturarum*, pag. CLXXII. seq. CCCCIII. & ibid. tabul. II. Psalterii Veronensis Graeco-Latini & pag. 293. Consulendi quoque Auctores iidem Novae Diplomaticae Rei, tom. III. passim, & Scipio Maffeius in *Storia Diplomatica* pag. 147., quo loco de vetere papyro mentionem facit, a saeculo IV. exeunte ad annum 476. exarato, cuius interpunctio ita est, ut orationis sententiae duobus punctis saepius notentur. Consuli etiam possunt aliquot Codicum Latinorum a saeculo VIII. ad XVI. exaratorum specimina, quae habentur in extrema parte II. *Lexici Diplomatici* Io. Lud. Waltheri, edit. Gottingens. 1745. tabul. I. II. III. IV. & V.

dem vehementer errem , illam nempe continuam vocum ſcriptionem , quam praedicant, quaeque ad Codicum & Graecorum & Latinorum & aliorum veram aeſtimandam aetatem tantum conferre volunt, quantum pugnant Viri alioqui eruditiſſimi (1), non eſſe talem, ut conſtans ſit habenda fixaque vetuſtatis eorumdem Codicum una illa ſola regula.

Quamquam id quidem etiam mos antiqui-

(1) Quam ſententiam , de qua me ſaltem aliquantum dubitare ſinunt Codices Mſs. generatim ſumpti,& Graeci & Latini , ſumma conſenſione tuentur viri utique magnae inter doctos exiſtimationis, ut Mabillonus, ut Montfauconus, ut Couſtantius, ut Maffeius, Struvius denique & Casleyus , Heyneccius, Salmaſius ceterique, quos legerim , Antiquarii. Neque ab iis diſcrepant Cll. Auctores Novae Rei Diplomaticae, tom. II. part. II. ſect. III. cap. VII. pag. 396. ſeqq., ſtatuentes indiſtincta verba , quaecumque tandem illa ſint, aetatis Codicum ante ſaeculum IX. notam praeferre . Quamquam iis omnibus doctis viris multum certe tribuo, quorum me ſtudiis, quod ad rem noſtram pertinet, plurimum profeciſſe lubens agnoſco, ego quidem moveor non Scriptorum, quantalibet eruditione praeſtent, ſed Exemplarium ipſorum auctoritate. Ex variis autem, quae paullo ante indicavi, ab Antiquariae rei peritiſſimis prolatis & quidem poſterioris aevi Codicum ſpeciminibus, horum multorum, characterum formis paucisque aliis exceptis, tum Mſs. Graecorum, cum Latinorum eamdem fere eſſe rationem ſi pugnem , non vereor , ne coniectura multum aberrem . Relege interea quae in extrema notatione 2. pag. 386. ſeq. ſuperius animadverti .

quitus scribendi per Στίχους (1) seu versus, at per Cola sua & Commata digestos, declarat, iam

(1) Huius scriptionis στιχηρῶς a linea ductae, litterae initiali, modo maiuscula, modo minuscula, aut aliqua nota arithmetica designatae, nomine, quodlibet incisum Coli, sive membri orationis, & quamlibet minorem distinctionem, sive Commata, in sententiarum periodis significari, a viris doctis, qui de eo scribendi genere accuratissime disputarunt, iam ostensum est. Non igitur simplicem scriptionis lineam, vel quemdam in ea vocum & syllabarum confusum numerum, sed periodum ipsam & membra illius plus minusve lineolis aut duabus, aut tribus, aut quatuor & amplius conclusa, στίχους, sive versus in soluta oratione sic dictos, indicare omnino existimo. Etsi videam esse aliquos, qui, cum apud Auctores Graecos & Latinos, praesertim Ecclesiasticos legerint veteres per στίχους scripsisse, idque de linea accipiendum esse commenti sunt; ita ut dici oporteret, eorum sententia, tot fuisse στίχους & versus in libro aliquo Veterum, quot in eo lineae exstitissent. Quo errore Isaacum Casaubonum prae ceteris lapsum fuisse intelligo ex iis, quae ad locum Callimachi in Athenaei *Deipnosophistarum* lib. VI. cap. X. edit. Lugdunens. 1612. col. 428. adnotavit, uti recte animadvertit Ioannes Croius, *Sacrarum & Historicarum in Novum Foedus Observationum* part. I. edit. Genevens. 1644. cap. XI. pag. 82. Mitto quae hanc in rem minus exacte differit Richardus Simonius, *Histoire Crit. du V. Test.* lib. I. cap. XXVIII. pag. 154. qui eadem falsa opinione ductus mihi visus est. Linearum quidem rationem habebant veteres Scriptores in computando cuiusque libri versuum numero; sed eadem versus linea, sive στίχος, uti aliquando pro ipsa sumitur, vel periodum, vel Colum, vel Comma, aut partem periodi certe complectebatur.

iam tum distincta ea intervalla adhibere Veteres consuesse, quae illam continuationem
Cc scriem-

tur. Si vero altera, vel in sequentibus lineis versus Colon, aut Comma desinebant, ut patet imprimis ex Codicibus Parisiensibus duobus circiter saeculi VII. Epistolarum D. Pauli Graece & Latine, στιχηρῶς exaratis, uno Sangermanensi, altero Regio num. 2245., quos recenset eruditissimus Montfauconus, *Palaeogr. Graec.* lib. IV. cap. IV. pag. 216. seq. 218. seq., tunc eorum versuum numerus non a singulis libri lineis, sed a duabus, vel pluribus exigendus erat, confusionis vitandae caussa. Quae quidem notatio, licet prima specie nullius fere momenti esse videatur, quantum vero ad Stichometriae Veterum cognitionem atque intelligentiam conferre & ad multa loca, quae apud antiquos Scriptores cum profanos, tum Ecclesiasticos bene explicanda valeat, recte scribit laudatus Croius loc. cit. Quod est etiam, sed post etiam ipsum Croium, ab Ioanne Casparo Suicero in *Thesauro Ecclesiastico ex Patribus Graecis ordine Alphabetico, concinnato*, ad vocem στίχος tom. II. col. 1027. seq. animadversum & pluribus demonstratum.

Maneat igitur, eos errore labi, qui totidem esse lineas volunt, quae Scriptores Graeci & Latini de libris Veterum memoriae tradiderunt, colligentes per versuum numerum, quibus iidem libri descripti erant, mensuram aut magnitudinem Operis. Cum exempli caussa, Diogenes Laertius in *Vitis Philosophorum*, de Crantere verba faciens, commentaria eius versibus triginta millibus scripta reliquisse refert, quis umquam haec de solis lineis accipiet? uti Cl. Aegidius Menagius ea minus recte interpretatur suis in *Notis* ad eumdem Laertii locum, pag. 104. edit. Londinensis, Amstelodamensis vero 1692. tom. II. pag. 175. Multa sunt praeterea Veterum testimonia & Ciceronis & Senecae & aliorum Scriptorum etiam

feriemque verborum & filum, ut ita dicam, difrumperent. Cuius fcripturae in foluta oratione,

etiam Graecorum, quae, fi neceffe effet, colligeremus, idemque egregie illuftrant argumentum, & quibus vocem στίχος non de lineis, fed de verfus periodis vel earum Colis & Commatis effe intelligendam, plane demonftratur.

Qui alteram defendunt opinionem, verfus nimirum lineas totidem fuiffe, cui quoque fententiae affentiuntur Salom. Glaffius, *Philologiae facrae* lib. I. tract. IV. edit. Francofurt. 1652. pag. 245. feq. aliique, ii, inquam, non animadvertunt στιχομετρίαν ipfam, de qua loquimur, eo uno fine ab Antiquariis, vel Librariis, vel Grammaticis inventam fuiffe atque ufurpatam, ut contextus Auctorum feries pura fervaretur & integra; eaque fcribendi ratione in fegmenta aut minora aut maiora, fuis fpatiis & interftitiis dividenda, Librariorum incuriae fraenum iniiceretur atque audaciae: ne aliquid addere aut demere tentarent, quod ab Auctoris fententia effet alienum: ficque diftingui vera Scriptorum Opera a nothis poffent, deque eorum magnitudine iudicium ferendi facultas daretur. Hinc varia Chartarum genera (vid. fupra pag. 262. in not.) & variae litterarum five characterum formae, quibus Veteres utebantur, ut Stichometriae vera ratio obfervaretur in libris defcribendis. Στίχοι enim Veterum ex orationis fenfu ac mente pendebant, ita ut quot fuerint in oratione partes, five membra, quae fenfum diftinctum, notionem feu ideam, ut ait Ioannes Millius, *Prolegomen. in Vet. Teftam. Graec.* num. 1033. pag. 100. in fe complecterentur, totidem verfus exfurgerent. Quod fi, inquit etiam ille, continuo & abfque omni intervallo in libris praefertim Biblicis Manufcriptis (Graecis) hofce στίχους quandoque exaratos cernimus, puncto ad fupernam litterae ulti-

tione, more quodam carminis sic dictae, rationem, qua sententiarum partes variae, aut

ultimae partem posito tunc iidem distinguebantur.

Quam versuum subducendorum rationem, cum productis exemplis veterum Codicum comprobarint imprimis & Montfauconus, *Palaeogr. Graec.* lib. I. cap. IV. pag. 28. seqq. lib. III. cap. IV. pag. 217. seq. & Martianaeus, *Prolegom. in Divin. Biblioth. S. Hieronymi*, Prolegom. IV. §. III., doctissimo Huetio non auscultandum censeo, qui huiusmodi versus non orationis partes, vel Cola, & Commata, sed integram sententiam Graecos & Latinos appellasse, omnino contendit suis in Observationibus & Notis ad *Origenis in S. Scripturas Commentaria* ab se edita Rothomagi 1668., quaeque exstant in extrema eiusdem Origenis Commentar. parte II. pag. 20. Quod vero Salmasium in Epistola ad Sarravium (Morhofii *Polyhistor.* lib. I. cap. VII. pag. 54.) opinioni suae favere dicat Cl. Huetius, nihil moror. Eius sententiae certe adversatur prae ceteris Codex Regius 1892. omnes Prophetas cum commentariis complectens, de quo adeundus laudatus Montfauconus, loc. cit. pag. 28. seq. & 316. seq.

Est autem huius στιχομετρίας testis locuples D. Hieronymus eo in suae Praefationis ad translationem Isaiae loco, quem supra retuli pag. 371. not., ubi ad morem librorum Demosthenis & Ciceronis interpretationem novam novo scribendi genere digessisse auctor est. Ex quo sane testimonio plane fit, versus seu στίχους, quibus descripta tum fuerint Demonsthenis & Ciceronis Opera, eos exstitisse tales, quales distinguere ac recensere Veteres solitos fuisse. Neque ab eodem scriptionis modo longe abesse existimo illum Tusculanarum Quaestionum vetustissimum Codicem, cuius post Claudium Salmasium superius memini. Qui mos ita olim obtinuit, ut ad

membra distinguerentur, plures manu exarati Codices Graeci & Latini, quemadmodum

ad finem librorum singulorum, vel ab ipsis Auctoribus, vel a Librariis, aut Grammaticis, qui eos recensebant, interdum vero eorumdem librorum initio, versuum numerus apponeretur. Flavius namque Iosephus in extremis suis de *Antiquitatibus Iudaicis* libris viginti, Operum tom. I. edit. Amstaelodam. 1726. pag. 982. idem sese fecisse asserit, eosque *ἓξ μυριάδες στίχων sex Miriades versuum*, seu 60, 000. comprehendisse nos monet. Idque in usu apud alios antiquos Scriptores fuisse, ex multis locis & Diogenis Laertii & Athenaei manifestissime liquet. Quod cum a Claudio Salmasio, *Prolegomen. in Solin.* pag. mihi 30., deinde ab illo eodem Croio, loc. cit. cap. x. pag. 77. seqq. tum a Cl. Huetio, loco iam indicato, ab aliisque eruditis viris demonstratum sit, nostra nimirum oratione non eget. Ob eamdem caussam liber, qui plures versus comprehenderet, a Graecis Πολύστιχος appellabatur, tum etiam *μέγα καὶ* Πολύστιχον Βιβλίον magnum Volumen, quod multa millia versuum complecteretur.

Maiores nostros in describendis praesertim libris sacris utriusque Testamenti eamdem industriam posuisse & diligentiam, monumenta sunt & vetera & magnae auctoritatis, quae illud non obscure ostendant. Neque probare Ioannis Millii sententiam possum, ut qui, loc. cit., ante saeculi VII. initium nullam fere partem Bibliorum (Graecorum) praeter Iob, Psalterium, Proverbia, Ecclesiasten, Canticum Canticorum, Librum duodecim Prophetarum Minorum, Acta Apostolorum, Epistolas Paulinas ac Catholicas, στιχηρῶς descriptam fuisse pugnet. Quod autem urget, pag. 86. Euthalium Episcopum Sulcensem saeculo v. fere medio, sive anno Christi 458. postremos hos Novi Testamenti libros eo scriptionis genere

dum eorum specimina a Cll. viris Montfaucono, Blanchino, aliisque, quos paullo an-

 te

nere omnium primum adornasse, non libens patior. Nam quemadmodum in D. Pauli Epistolis per capita digerendis antiquiorem Patrem, qui eas circa annum Christi 396. similiter distinxerat, sese fuisse sequutum scribit Euthalius, Prologi sui in easdem §. II., non autem in Actuum Apostolorum Prologo, ut ait Cl. Laurentius Zacagnius, Praefat. in *Collectanea Monumentorum veterum Ecclesiae Graecae & Latinae*, §. LVII. pag. LXX. (confer & eadem *Collectanea* pag. 528.). Quare de illarum Epistolarum, cum aliarum Canonicarum, tum Actuum Apostolorum in versus distinctione, quaecumque tandem ipsa fuerit, & quidem veteribus Patribus longe ante Euthalii aetatem, saltem privatum in usum notata, atque ab iisdem instituta, illud item non dicamus, nullo prorsus modo video. Argumenta sane in Epistolas Paulinas quae Euthalius habet ibidem apud Zacagnium pag. 570. 589. 611. 624. 633. 642. 648. 656. 663. 668. 686. 695. 702. & 707., etsi ab ipso Euthalio profecta videantur, esse tamen ei adscribenda dubitant Zacagnius, loc. cit. Praefat. pag. LX. LXVI. & Io. Alb. Fabricius, *Biblioth. Graec.* vol. VIII. lib. V. cap. XXIV. pag. 367.

In Prologo eodem Actuum Apostolorum, ibidem pag. 404., asserit quidem Euthalius neminem eorum, qui divina eloquia tractarunt, hucusque reperisse, qui ad huiusce scriptionis genus animum appulisset. At quonam pacto haec Euthalii verba cum iis componi, quae Origenes, quae Eustathius iam scripserant aliique vetustiores Patres, quorum est de στίχοις seu versibus Librorum sacrorum perspicua sententia, queant, non equidem quoque intelligo. Subiungit autem Euthalius, neque adeo sese temerarium atque audacem esse, ut accuratos aliorum labores novis suis sacri Textus sectionibus, utcum-

te in adnotationibus nominavi , teſtantur . Quantum vero ad argumentum noſtrum res ipſa

utcumque ab ſe inſtitutis , iniuria quadam afficeret . Sed ſi illi Veteres in verſiculos,ſectiones,ſive capita ſua diviſerint , quod comprobari multis poſſe oſtendit Io. Croius , loco ſupra citato , cap.VIII. pag.61. ; ſi στίχοι denique nihil aliud ſint quam minutiores ſectiones , uti reipſa ſunt, & ut Cl. Zacagnius docet loc. cit. Praef. §. XLVI. pag. LVI. ; ex poſtremis Euthalii verbis conſequens erit, ni fallor , dicere , alios Patres fuiſſe , qui idem pene iam pridem tractaſſent argumentum , ipſummet Epiſcopum Sulcenſem agnoviſſe . Euthalium igitur, qui Acta Apoſtolorum , Paulinas & Catholicas Epiſtolas capitulis , ſectionibus verſibuſque diſtinxerat , non uſum prope novo fuiſſe & inuſitato ſcriptionis genere , ſed quaſi proprio ſuo & peculiari modo huiuſmodi inſtituiſſe diviſiones arbitror .

Quod vero Euthalii propria non fuerit eadem ſcribendi ratio , facile quoque evincitur ex iis , quae de Origene memoriae tradidit Euſebius, *Hiſtoriae Eccleſ.* lib.VI. cap.XVI.edit.Cantabrigenſ.pag.291., quo loco ſcribit Origenem Colis , ſive στίχοις Hexapla ſua diſtinxiſſe . Scio equidem eſſe aliquos , qui Euſebii verba διελὼ τε πρὸς κῶλον· *cum per Cola diſtinxiſſet*, de *Columellis* vocem τὸ κῶλον eſſe accipiendam velint, cui interpretationi aſſentire videtur Humfredus Hodius, *De Bibliorum Textibus Originalibus* lib. IV. §. 16. pag. 607. ſeq. At Ioannem Chriſtophorſonum prae ceteris ſic ſentientem, recte caſtigavit Henricus Valeſius ſuis in Notis ad eumdem Euſebii locum ; ubi hanc in rem nonnulla diſputat : quodque ab Ioanne Martianaeo , loco ſupra indicato Prolegom.IV. §. III. notatum etiam eſt . Profecto Hexaplorum Origenis ratio,quod de eius Tetraplis atque Octaplis dico deque Enneaplis , ut verſuum diſtinctionem ipſe non praetermitte-

ipsa faciat, si dicere pergam; neminem futurum confido, qui mihi id vitio vertat. Ac

mitteret, confusionis in tantorum sumptuum operibus, tot versionibus, tot notis alioqui onustis, vitandae caussa, necessario postulare videbatur, ne vocabula contextuumque series perpetuo turbarentur, eoque modo legentium facilitati consuleretur.

Testatur praeterea D. Hieronymus, *Praefat.* in Commentarios ad Galatas, Oper. tom. IV. col. 221. hanc Pauli Epistolam in Commata Origenem divisisse. „ Commatico, inquit ille ipse, super explanatione eius sermone „ complevit „. Vocem *Comma* apud Hieronymum pro sectione accipi quidem aliquando posse, non repugno. Ut cum *Praefat.* in librum Iobi, loc. cit. tom. I. col. 797. sic loquitur S. Doctor. „ A supradicto autem versu usque ad finem libri, parvum Comma, quod remanet, „ prosa oratione contexitur „. Comma namque idem, de quo sermonem ibi instituit D. Hieronymus, sexdecim postremos versus cap. XLII. reipsa complectitur. Atqui huius loci S. Doctoris discrepans omnino est ratio. Contra eiusdem de Origene modo descripta verba quotus quisque est, qui non videat Commata totidem, seu versus indicare, quibus Adamantius ea ratione ad Galatas Epistolam diviserit, ad quorum versuum singulos suam explanationem subiecit? Quae res magis magisque manifesta fit ex eiusdem D. Hieronymi Praefationibus in Iosue, Paralipomenon & Ezechielis libros.

De Origene igitur nullum est dubium, quin στιχηρῶς scribendi modum adhibuerit. Quin etiam valde verosimile est, uti Cl. Huetio, loco supra citato pag. 18. seq., videtur, Origenem, *Prolog. in Canticum Cantici*, Operum tom. III. edit. Paris. 1740. pag. 26., aliquam in ipso Cantici titulo distinctionem iam receptam & inolitam observasse. Quamquam veretur Huetius, ne de

suo

si id mihi assumo, videor id meo iure quodammodo vindicare. Namque quotus quis-
que

suo Rufinus, interpres fluxae fidei, id adiecerit. Quod si tamen genuinus est locus, inquit Huetius, vetusto aliquo Codice suis distinctionibus instructo e Symmachi fortasse Bibliotheca deprompto usum Origenem fuisse dicendum est. Ego vero quum eum Origenis locum attente lego, nihil in eo dicentem reperio iis adversum, quae de eiusmodi optimae notae Codicibus ab se undique conquisitis Veteres prodiderunt; nullam quoque video caussam, quae nos in eam Huetii suspicionem inducat, ut de Rufini fide hic merito dubitemus.

Neque id mirum cuiquam videri debet, si consideret illum scribendi morem ab antiquis iam usque ductum temporibus tenuisse Origenem, aeque ac multos veteres Ecclesiae Patres. Hesychius sane Presbyter primum, tum Patriarcha Hierosolymitanus, saeculi VI. exeuntis circiter, ineuntis vero VII. scriptor, in eo libro, quem Στιχηρόν sive Κεφάλαια *in XII. Prophetas Minores* inscripsit, *cum Apostolicum Codicem* τὴν Ἀποστολικὴν Βίβλον, *sic conscriptum, non incassum invenisset, id ipsum quoque in iisdem Prophetarum libris prosequutum esse* auctor est. Qui Hesychii liber ab Davide Haeschelio una cum Adriani Isagoge Augustae editus anno 1602. in 4., exstat in *Criticis Sacris* utriusque edit. & Londinens. & Amstelodam., tom. VIII. part. II. col. 25. seq., vid. & Ioan. Alb. Fabricium, *Biblioth. Graec.* vol. VI. lib. V. cap. V. pag. 243. seqq. Non me latet quidem ipsius Euthalii lucubrationes innuere eo in loco Hesychium, plures esse eruditos viros, qui iudicent. Ego vero etsi iis omnino non repugnem, de aliquo tamen vetustissimo Codice Evangeliorum & aliorum librorum Novi Testamenti στιχηρῶς sive versibus exarato, Hesychii verba quominus etiam intelligantur, quid tandem est quod obstet? Utcum-

que est facultatis criticae gnarus, qui istud non concedat?

Iam

cumque sit, ex eo Hesychii libro recte efficitur, eam scribendi rationem etiam apud Hebraeos veteres ab antiquissima memoria esse repetendam; ut qui ad Iobi, Davidis & Salomonis tempora eumdem usum ille ipse referat. Quod si ita est, ut Hesychius reipsa testatur eiusdem libri initio, loc. cit. col. 25.; mirari certe subit eruditissimos viros sic esse Hesychium interpretatos, quasi illum scribendi morem veluti sanctorum Patrum inventum solummodo habuisset Patriarcha Hierosolymitanus. Quodque magis mirabile est; Hesychium sic scribentem inducunt, ut, eorum sententia, dixerit libros Prophetarum ipsos lectos sine ulla distinctione principio fuisse. Quam opinionem non modo numquam defendit Hesychius, sed ne somniavit quidem. Displicet doctissimum virum Henricum Valesium, qui in Graecis litteris alioquin tanta cum laude & gloria versatus est, sua huius loci Hesychii, quem mox describam, interpretatione plures eruditos viros in eumdem induxisse errorem, uti Io. Ern. Grabe, *Prolegomen.* ad LXX. Interpretum Versionem Graec. tom. I. cap. I. §. 6., uti Ioan. Martianaeum, loc. cit. *Prolegom.* IV. §. III., uti denique, nam ceteros missos facio, Laurent. Zacagnium, loco etiam indic. §. LV. pag. LXVII. Atque Hesychium eo interpretatur Valesius, quo sequitur, modo suis in Notis ad Eusebii *Histor. Eccles.* lib. VI. cap. XVI. pag. 276. *Libros Propheticos Maioris perspicuitatis caussa per versuum Cola dividere vetus inventum est SS. Patrum. Nam initio sine ulla distinctione legebantur. Postea vero viri docti & sacrarum litterarum studiosi, maioris, ut dixi, perspicuitatis caussa huiusmodi versuum distinctionem excogitarunt. Ita Prophetarum libri ab illis editi sunt. Sic Davidis Psalmi: sic Proverbia & Ecclesiastes & Canticum Canti-*

corum.

Iam vero illud quidem ſumus adepti quod multis & magnis indiciis poſſumus iu- dica-

corum . Sed & librum Apoſtolicum , ideſt , Actus & Epiſtolas Apoſtolorum hoc modo ab aliquibus deſcriptum inveni . Audiamus vero Heſychium ipſum , cuius haec ſunt verba . Ἔστι μὲν ἀρχαῖον τοῦτο τοῖς θεοφόροις τὸ σπούδασμα, στιχηδὸν ὡς τὰ πολλὰ, πρὸς τῶν μελετωμένων σαφήνειαν, τὰς προφητείας ἐκτίθεσθαι· οὕτω τοιγαροῦν ὄψει μὲν τὸν Δαυὶδ κιθαρίζοντα, τὸν Παροιμιαστὴν δὲ τὰς παραβολὰς, καὶ τὸν Ἐκκλησιαστὴν τὰς προφητείας ἐκθέμενον· οὕτω συγγραφεῖσαν τὴν ἐπὶ τῷ Ἰὼβ βίβλον· οὕτω μερισθέντα τοῖς στίχοις τὰ τῶν Ἀσμάτων ᾄσματα· &c. Quae ſic reddimus „ Eſt quidem vetus hoc ſtudium apud Deo „ afflatos homines , per verſus , ut plurimum , in eo- „ rum, quae meditatione (ſive ſcriptis ſuis) complexi „ ſunt perſpicuitatem prophetias exponere. Quare ita „ ſane obſervatur ; Davidem citharizantem , auctorem- „ que Parabolarum Parabolas & Eccleſiaſten prophetias „ expoſuiſſe : ſic Iobi librum conſcriptum : ſic per ver- „ ſus partita Canticorum Cantica „ . Haec ille , tom. cit. *Critic. ſacr*. col. 25. Cetera , quae ſequuntur , paullo ſuperius deſcripſimus . Ex quo loco iam perſpicuum illud cuique erit , Heſychium nempe prioribus Periochae eiuſdem ſuae vocibus τοῖς θεοφόροις Deo afflatis hominibus , non ſanctos Patres intellexiſſe , verum Davidem ipſum ceteroſque ſacros Veteris Teſtamenti auctores . Idque nemini dubitare ſinit vocabulum ἐκθέμενον, quo eo loco utitur Heſychius , cum non ad alios quam ad Davidem , Salomonem & Iobum referri queat . De iiſdem vero libris ſicut & ceteris , ſine ulla prorſus diſtinctione principio lectis aut deſcriptis ne verbum quidem in Heſychio eſt .

Qua autem auctoritate Cl. Io. Auguſt. Starckius , *Prolog. Critic. in Pſalmos* vol. I. part. II. ſect. XIV. pag. 442.

dicare, nos ad veritatem comprobasse Veteres scripturam cum distinctis, tum interpun-

442. dixerit, Hesychium fuisse primum, qui Graecos Codices versibus ita distinctos edidit, prorsus ignorare me fateor. Miror sane, eruditum virum in eam concessisse sententiam, quae nullo Veterum firmetur testimonio; illum inquam, qui istud scribendi genus antiquissimum esse merito arbitratur. Est tamen illud animo attendendum, quod ibidem pag. 443. recte animadvertit Starckius; nimirum quo antiquiores sunt libri Hebraici, eo magis hanc per versus scribendi rationem in Poeticis libris regnare, veluti quoque in Canticis Exodi xv. Deuteronom. XXXII., & ita quidem ut unum quodque Hemistichium lineae maius minusve spatium occupet, ea fere ratione, qua carmina exarari solent. Quod Beniaminus Kennicottus de nonnullis Hebraicis Codicibus iam adnotarat sua in *Dissertat. super ratione Textus Hebr.* a Guilielmo Abrah. Tellero latine edita Lipsiae 1746. part. 1. pag. 308. 451. 456. seqq. Mitto quae de iisdem libris, Psalmis nempe Proverbiis & Iobo, sic alternantibus descriptis lineis, cum brevioribus, tum longioribus, quos Iudaei per scriptionis compendium אמ״ת, hoc est, תהלים איוב משלי indicant, adnotarunt quoque Starckius ipse loc. cit., & ii, qui vel generalem, vel peculiarem Codicum Hebraeo-Biblicorum collationem instituere, quos *Speciminis* sui §. 1. pag. 5. nominat Cl. Rossius, uti eumdem Kennicottum, Michaelis utrumque, Houbigantum, Vogelium, Brunsium, Lilienthalium, Nagelium, Schellingium, Bahrdtium, Schiede aliosque. Confer ipsiusmet Kennicotti *Dissertationem Generalem in Vetus Testam. cum Var. Lectionibus &c.* pag. 71. seq. 74. seq. 77. seq. 81. seq. 84. seqq. 90. seq. 95. 97. seqq. 104. 106. seq. & 109. Sed hanc in rem multo plura nobis dabit Cl. Rossius in eo suorum Codicum Hebraeo-Biblio-

punctis intervallis disiungendi rationem aliquam non solum non ignorasse, sed etiam reipsa

Bibliorum recensione, quam ab ipso expectamus. Et sane στιχηρῶς scribendi ratio quum iis in libris maxime deprehendatur & in aliquot Canticis, veluti Exodi cap. xv., Deuteronomii cap. xxxii. & Iudicum cap. v., magno argumento mihi semper fuit, Iudaeos ipsos ad vetustissimorum exemplarium sic exaratorum normam eosdem in suis Codicibus Biblicis iam inde a longa aetate descripsisse libros idemque scribendi genus ceteris libris Veteris Testamenti prosaicis ab antiquis temporibus accommodasse.

Quae vero Poeseos horum librorum metricorum ratio fuerit, hic inquirere non est necesse, neque ad institutum nostrum pertinet. Conferri tamen merentur quae de hac disquisitione sane quam implexa ab Io. Christoph. Wolfio, *Bibliothec. Hebr.* vol. II. sect. II. pag. 92. seqq. & vol. IV. sect. II. pag. 20. pluribus disputata sunt, qui praeterea doctorum Virorum ea de re varias accurate refert sententias. Consule quoque *Systema Psalmorum metricum a cel. Anglo Francisco Hare nuper adornatum*, atque a Christiano Weisio delineatum editumque Lipsiae 1740. in 4. pag. 1. seqq. Adeas & eos praesertim de eo argumento Scriptores, quos Blasius Ugolinus in *Antiquit. sacr. Thesaur.* vol. xxxI. congessit, tum Cl. Du Contant de la Molette librum, quem inscripsit: *Traité sur la Poésie & Musique des Hébreux*, cuius superius memini. Mihi vero, ut obiter dicam quae de Veterum Hebraeorum Poesi sentio, ea opinio ad veritatem potissimum accedere visa est, quae non pedum quidem numero aut mensura, sed solo fere splendore & sublimitate dicendi Poesim Hebraeam a prosaica oratione distinctam facit.

Sed nunc id, quod instat. Mirari licet eorum Doctorum Virorum neminem, quos modo nominavi, & legi,

ipsa adhibuisse. Marmorum,Tabularum,Nummorum aliorumque id genus monumentorum

legi , quique de Hebraicis Codicibus exaratis manu commentaria edidere , nullam omnino mentionem iniecisse duorum aliorum librorum στιχηρῶς ab Auctore sacro descriptorum,quos tribus metricis prioribus a me iam commemoratis Antiquitas Christiana addidit,Ecclesiasten nempe & Canticum Cantici . Namque , ut paullo ante vidimus , gravissimus Auctor dicit Hesychius , morem apud Deo afflatos homines hunc fuisse , ut iidem libri eadem ratione scriberentur . Quod quidem non Hesychius modo , verum etiam Gregorius Nazianzenus , Amphilochius Iconii Episcopus, Polychronius,ipso Hesychio antiquiores, aliique Veteres, quorum testimonia profert Ioan. Croius, loc. cit. cap. XI. pag.93. seq. , litteris tradiderunt . Quibus adde S.Cyrillum Hierosolymit. , *Cathechesis* IV. edit. Paris. 1720. pag. 69. = S. Epiphanium , *De Ponderibus & Mensuris* cap. IV. Operum tom. II. edit. Paris. 1622. pag. 162. Confido tamen fore, ut Codicum ipsorum examen maiori cura susceptum , hanc in rem ulteriora pandat . Quod sane Cl. Rossii diligentiam non fugiet .

Est autem illud certissimum,in celebri praesertim Codice Alexandrino,a Cyrillo Lucari Patriarcha Constantinopolitano,Carolo I. Angliae Regi dono datum circa annum 1628. , de cuius quidem Codicis vera aetate, quae tamen magna est , summam inter eruditos Viros esse dissensionem alibi ostendimus (*Des Titres primitifs de la Révélation* tom. I. pag.228. not. pag. 247. seq. not. Adde Io. Samuelis Hichtel *Exercitationem Criticam* , *qua antiquitas & praestantia Codicis Romani prae Alexandrino contra Millium adseritur* . Ienae 1734. §. VIII. seqq. pag.7. seqq. = Ioh. Adami Osiandri *Orationum Academicarum Trigam* , I. & II. pag. 5. seqq. 15. seqq. = Ios. Blanchini *Evangeliarium Quadruplex*, part.I. pag.CDXCIII.seqq.) eosdem

rum auctoritate rem ipsam, quantum per operis brevitatem & temporis angustias licuit,

firma-

eosdem quinque libros στιχηρῶς exaratos reperiri. Quod sane numquam fuisset, nisi illi ipsi LXX. Interpretes in suis Hebraicis Codicibus sic descriptos eos habuissent, atque ita exaratos in iisdem exemplaribus LXX. Interpretum legissent ii veteres Ecclesiae Patres, quorum modo memini. Vide quae supra, pag.395. dixi de Codicibus Copticis Borgianis, quibus continentur praesertim libri Ecclesiastes στιχηρῶς descripti insigne fragmentum.

Hincque facile existimari potest quid de eruditi viri Olavi Gerhardi Tychsen plane singulari opinione iudicandum sit, quam in suo *Tentamine de variis Codicum Hebr. Vet. Test. Mss. generibus*, sect.III. §.9. num.3. pag.294. seq. amplexus est. Istam nimirum Hemistichiam eorumdem librorum divisionem e Christianorum schola profectam comminiscitur. Modo suos fingit Codices Hebraeo-Graecos, quibus veteres Patres imprimis uterentur, & in quibus more Graeco genuinus Textus Hebraicus στιχηρῶς transformatus forte erat: modo Ex-Iudaeos, aut doctos Monachos in scenam producit, qui primum eiusmodi versus in Codicem Hebraeum induxerint. Quid haec? Quod docti viri pace dixerim, leviora sunt quam ut alicuius ponderis rationum momentis refelli debeant. Hoc tamen dicam. Quid? illi authentici Scripturarum libri Hebraicis descripti litteris, qui apud Iudaeos habentur, quosque Origenes sibi comparaverat, ut testatur Eusebius, loc. cit. lib. VI. cap. XVI. pag. 275.? Quid? ut rem paucis finiam, illi Codices Hebraici, quos Hieronymus, quemadmodum scribebat ad Damasum Papam, Operum tom. II. part. II. col. 563., ab Iudaeis ipsis acceperat; ii, inquam, Codices, in quibus Psalmos prae ceteris & opera Salomonis per Colorum & Commatum distinctionem scripta legebat ille idem S. Doctor, uti di-

sertis

firmavimus. In libris quoque describendis Maiores nostros idem studium & operam posuis-

sertis verbis asserit in supra iam laudata sua Praefatione ad translationem Isaiae, a longe aliis Calligraphis descripti, quam Iudaeis librariis fuissent? Id ne in cogitationem quidem cadit.

Sed ad ea, quae ex Euthalii lucubrationibus, quarum memini, maxime urgent, perinde ac si in Novi Testamenti libris MASORETHAM primus egerit, redeo. Quod igitur aiunt, Codices duos, quotquot supersunt, antiquissimos, uti Alexandrinum, uti Vaticanum, nulla omnino huiusmodi versuum, exceptis solis libris στιχηροῖς modo memoratis, immo ne verborum quidem distinctionem exhibere, levis, ut opinio mea fert, momenti est. Qui etenim sic opponunt, nae hi falluntur. Quasi ex iisdem Codicibus, quae vera fuerit primis Ecclesiae saeculis, Librorum sacrorum scripturae ratio unice eruatur. Quasi vero Maiores nostri notas quasdam verborum interpungendorum non habuissent, quibus veras Codicum suorum lectiones a falsis distinguerent; quarum ope eas contra Haereticos facilius vindicarent. Quod profecto vix fecissent, nisi librorum sacrorum exemplaria emendatissima suisque interpunctis, aliquotve divisionibus, saltem potioribus, ut moris erat horum temporum & ferebat Ecclesiarum consuetudo, instructa in promptu sibi essent, quae opponere Haereticis sanctarum Scripturarum corruptoribus possent. Cuius quidem rei exemplum egregium, praeter alia multa, quae afferentur, in eo habemus, quod contra Haereticos, Macedonianos scilicet & Eunomianos scribit D. Ioannes Chrysostomus, *Homilia V. in Ioan.* Operum tom. VIII. edit. Paris. 1728. pag. 35. Hi Haeretici locum Evangelii Ioannis cap. I. 3. 4. ita interpuncto notabant, ut inde Spiritum sanctum Creaturam esse dicerent. Non moror quae de ea D. Chryso-

fuisse, Veterum testimoniis comprobatum argumentum hoc ostensum a nobis sic est, ut nihil

sostomi in illos Haereticos animadversione disputat Io. Millius, loc. cit. num. 903. pag. 86. Hoc certum puto, ex eo S. Doctoris testimonio facile intelligi Evangeliorum Codice interpunctis distincto ipsum usum fuisse. Confer Clementem Alexandrinum, *Stromatum* lib. III. edit. Oxoniens. 1715. num. IV. pag. 529. = Le Nain de Tillemont, *Mémoires pour servir à l'Histoire Ecclésiastique* tom. II. pag. 290.

Illud sane mirabile esset, quod Scriptores Graeci imprimis & Latini distinctionum signa suis in conscribendis libris usurpassent, ut superius posui, iique indicem etiam rerum, de quibus in libris suis agebant, quasque in certa capita digesserant, composuissent, uti testantur Plinius, Solinus, aliique; easdem vero distinctionum notas & signa in sacris Codicibus, ut par erat, exarandis prorsus ignorassent, vel tamquam sibi inutilia habuissent vetustiores Ecclesiae Patres, qui scientia rerum incredibili nostrorumque omnium laude maxime floruere. Quid? Clemens Romanus saeculo I. Ecclesiae clarus? Quid? Polycarpus, Iustinus Martyr, Irenaeus, Ignatius, Melito Sardensium Antistes, Apollinaris Hieropolitanus, Dionysius Corinthiorum Episcopus, Hegesippus, Tertullianus ceterique Ecclesiarum Rectores, qui II. eodem saeculo ingenii sui egregiis monumentis inclaruere? (Ceteros namque, qui ante vixerunt, quorum Opera summo Christianae Reipublicae detrimento perierunt, non est cur heic memorem; quamquam ex eorum scriptis, si invida aetas iis pepercisset, non pauca consequerentur, quae rem nostram iuvarent quam maxime) Quid denique? qui III. saeculo scriptis quoque suis in magna gloria atque laude versati sunt, uti Dionysius Alexandrinorum Episcopus, (de Origene iam dixi) uti Cyprianus, Anti-

nihil supra desiderari posse videatur. Ac cum haec praedico, non is ego sum, qui id argu-
D d men-

Antistes Carthaginensium & Firmilianus Caesareensium: ii, inquam, doctissimi viri & celeberrimi, tanta socordia fuisse & ignavia dicendi sunt, atque Codicum Librorum sacrorum ad optimorum fidem accuratorum omnique diligentia descriptorum tam incurii, ut suos negligenter nullaque prorsus distinctione exararent, vel ignaris Librariis relinquerent conscribendos? Quis est qui haec patiatur?

Quod in Manuscriptis Librorum sacrorum Codicibus non paucis in privatorum hominum usum exaratis, cum sectionum, tum versuum divisionem aliasque distinctionum notas parum, aut nihil omnino curassent indocti Librarii, nollem equidem in controversiam vocare. Esto igitur: sic egerint. Quid? an quod illis Codicibus nulla publica auctoritate, quorumdam Librariorum, aut Calligraphorum, aut Antiquariorum, de quibus singulis praeter Bernardum Montfauconum, *Palaeogr. Graec.* lib. I. cap. v. pag. 34. seqq., adeundus Io. Lamius *De Eruditione Apostolorum* edit. Florent. 1766. part. I. pag. 233. seq. 497. seqq. 508. part. II. pag. 667. 675. seqq. &c., aliorumque amanuensium incuria exscriptis accidit; id de libris Biblicis ad Ecclesiarum usum unice paratis, item dicemus, qui magna cum fide & sumptui nihil parcendo transcribebantur? Illorum sane & horum Codicum discrepans erat ratio. Qua de re adeas Ioan. Millium, loc. cit. num. 287. = Io. Frickium, *De Cura Ecclesiae Veteris circa Canonem S. Script.* cap. IV. inter eiusdem *Meletemata varia* edit. Ulmens. 1756. pag. 108. Hi soli Codices vel ab Apostolis ipsis primum descripti, vel ab Apostolorum familiaribus aliisque Viris & sanctitate & fide & diligentia conspicuis, in sacris Conventibus perpetuo lecti, & quidem a primis Ecclesiae initiis, summo

menti genus, quam maxime implexum latissimeque patens, dilucide planeque ita expli-

mo studio emaculati in Tabulariis sancte adservabantur, quo ad ceteras Ecclesias & ad posterorum memoriam fideliter & accurate transmitterentur. Hunc autem morem divinarum Scripturarum libros certis statisque diebus sic legendi, quem quidem iam inde ab antiquis temporibus inter Iudaeos receptum, ad suum usum transtulerant primi Christiani, qua ratione quove ordine recte fieri potuisse existimemus, nisi quae esset pars Librorum sacrorum in fidelium Conventibus palam exponenda, quaeque eorum lectio peragenda adnotata in Codice ante fuisset? Ut igitur aliquot Pericopis, sive sectionibus in minora segmenta aut maiora divisis ipsae praescriberentur lectiones, quae in Synaxibus fiebant, necesse omnino erat. Ex quo primorum Christianorum more assequi possumus, quam vetus fuerit in Ecclesia ipsorum Librorum sacrorum utriusque Testamenti in distinctionum ipsarum notas divisio. Cum enim Commentaria Apostolorum, ut ait S. Iustinus Martyr, *Apologia I.* Operum edit. Parisiens. 1742. §. 67. pag. 83. (Consule & I. B. Cotelerium in *Patribus Apostolicis* edit. Amstelaedam. 1724. tom. I. pag. 364. seqq.) & scripta Prophetarum singulis diebus Dominicis in iisdem legerentur Conventibus; id erat omnino reliquum, ut illarum sectionum, aut aliarum distinctionum, quaecumque tandem tum fuissent, aliqua ratio haberetur.

Quare, si eadem distinctionum divisionumve in Novi Testamenti libris signa esse a primis Religionis Christianae initiis repetenda dixerim, me heic pugnantia loqui non existimavero. Quamquam, ut veniam ad minima, ne illud quidem ferendum est, quod scribit Io. Iacobus Wetstenius, *Prolegomen. in N. Test. cum variis lectionib.* num. 8. pag. 4. Apostolos quippe ἰδιώτας τῷ λόγῳ

plicasse me, atque pro dignitate ornasse arbitrer, ut maiori lumine maiorique dili-

λόγῳ sive loquendi imperitos, καλλιγραφίας nequaquam studiosos fuisse. Atque eo argumento Io. Millium exagitat Wetstenius, propterea quod in Notis ad Ioannis cap. XIX. 14. *Nov. Test.* sui *cum variis lect.* pag. 246. ille sic statuisset. „ Compendia vero scriptionis in genere „ quod spectat, non est quod Apostolis ea tribuamus, „ quorum erat Codices sacros aperte, clare, accuratissi- „ me descriptos tradere; immo nec Apostolicis tempo- „ ribus, in Exemplarium descriptione procul dubio „ summe curiosis: sed omnino scribis posterioribus qui- „ busdam, qui sacra haec sine religione tractantes, id „ sibi iuris sumebant, ut integras voces subinde Notu- „ lis, subinde una vel altera littera adumbrarent. Vid. „ quae ad Marc. 15. 25. notavimus „. Quo postremo loco fere idem repetit Millius.

Quidquid sit de huiusmodi scriptionis aliquot verborum imprimis numeralium per compendium antiquitate, quam vetustissimam arbitror, illi ipsi Wetstenio demus in scriptis etiam Apostolorum similes exstitisse notas; quid tandem illud est, quod ex illis consequatur? Ineruditi quidem erant Apostoli, rudes, imperiti: quod sane insigne est veritatis Religionis Christianae argumentum, uti a multis doctissimis nostris hominibus demonstratum planissime est, quodque non fugit praestantissimi nostri clarissimique viri sacri Palatii Apostolici Magistri Thomae Mariae Mamachii summam ἀκρίβειαν, cuius vide *Originum & Antiquitatum Christianarum* lib. II. sive tom. II. pag. 480. seqq. = adeas quoque Cl. Io. Lamii *De Eruditione Apostolorum librum singularem*, cap. II. & VIII. pag. 59. seqq. 477. seqq. &c. edit. II. Florent. At licet eruditionis philosophiaeque laude minime florerent Apostoli eorumque primi discipuli, doctrinae tamen divinitus acce-

gentia tractari & cura nullo modo possit. Idipsumque omnibus suis numeris absolutum si dixe-

ptae singulari cognitione excelluisse quis negare audeat? Quum vero peculiari divini Numinis ope ac providentia maximum illud omnium miraculorum, docente imprimis D. Augustino, *De Civitate Dei* lib. XVIII. cap. I. & lib. XXII. cap. V. Operum tom. VII. edit. Paris. Benedictin. col. 533. seq. & 659. patrarunt, quod sanctissimi Servatoris Christi orbem terrarum subiecerint potestati, nihil profecto sanctius antiquiusque habuisse, & quidem etiam iuvante Deo, credendum omnino est, quam ut libros suos Apostolicos emendatissime vel ipsimet conscriberent, vel discipulis suis aliisque illius aetatis fide & diligentia praestantibus viris, quinimmo artem eleganter scribendi probe callentibus describenda curarent. Quid autem impedit, quo minus huiusmodi Calligraphos in promptu habuissent Apostoli Apostolicique Viri, atque usi illis fuissent, Evangeliorum praesertim libros Ecclesiis, recentiore memoria conditis, tradere ambitiose satagentes, uti ait Eusebius, *Histor. Eccles.* lib. III. cap. XXXVII. pag. 133.? Atque eo id mihi videtur ad veritatem propensius, quod primitiae Christianorum e Iudaeis erant; iamque inde a multa aetate arte Calligraphica plurimum valuisse Iudaeos, satis indicat Flavius Iosephus in iis, quae *Antiquit. Iudaicar.* lib. XII. cap. II. §. 10. edit. Amstelaed. 1726. pag. 593., de Legum Mosaicarum membranis, aureis descriptis litteris a Pontifice Eleazaro ad Ptolemeum Regem missis memoriae tradidit. Adeas quae idem Scriptor ex Demetrii ad Regem supplici libello de Legibus Hebraicis graece interpretandis refert ibidem §. 3. pag. 588.; quo loco Demetrius libros Legislationis Iudaeorum in Bibliotheca Ptolemaei asservatos, sed negligentius conscriptos innuere videtur, apud Iudaeos tamen diligentius exstantes, & quidem *σεσημάνται notatos*, sive inter-

dixerim consecutum esse hac disputatione, non parum fallerer equidem. Curasse

 tamen,

terpunctionibus distinctos, sive *scriptos interpunctosque*, uti adnotat Cl. editor Havercampus. Confer Cl. I. G. Chr. Adlerum, *Iudaeorum Codicis S. rite scribendi leges &c. e libello Thalmud.* מסכת כותרים *in latinum conversas*, pag. 6. Consule etiam quae de Scribis Hebraeorum in adnotationibus superius allata a nobis sunt pag. 246. seqq.

Quum vero Apostolus Matthaeus, Hieronymo teste, *Praefat.* in IV. Evangelia, Oper. tom. I. col. 1425. primus in Iudaea Evangelium Christi Hebraicis litteris ediderit, ad Veteris Testamenti Exemplarium Hebraicorum normam suis Pericopis versibusque, ut tum moris erat Iudaeis, distinctorum, in libri sui scriptionis ratione sese conformasse statuendum arbitror. Quemadmodum de Codice Apostolico, cuius paullo ante meminimus, testatus Hesychius est. Institutum sane istud patrium, consuetudine Maiorum usuque longo firmatum, D. Apostolum vel prorsus neglexisse in sua Historia Evangelica conscribenda, vel ignorasse, suspicari qui possumus? Hocque ceteros Apostolos gente Hebraeos, etsi rudes & imperitos, sed afflatu instinctuque Dei incitatos, quique eis successerunt, Patres item fecisse, ut Evangelica imprimis scripta legi fidelibus facilius possent, vix dubitare ausim.

Quid igitur ex ineruditorum, ut ita loquar, temporum more, in negligendis verborum distinctionibus aliisque & sectionum & versuum Librorum sacrorum divisionibus, quas tamen in Manuscriptis Codicibus, pro Librariorum captu & arbitrio variasse, aut omissas fuisse, certe constat, concludi reipsa contra earum vetustatem potest?

De eiuscemodi ineptis amanuensibus digna, quae hic describatur, Scriptoris saeculi XV. conquestio. „ Cessavit

tamen , ut consequerer , prae me feram . Quamquam hoc in genere disputationis expedien-

„ savit igitur , inquit ille , cum dictatu antiqua scribendi formula , qua perfectam ac rite formatam litteram , cum certa distinctione clausarum notisque accentuum tractim Antiquarii scribebant , & surrexerunt Scriptores , quos Cursores vocant , qui rapido iuxta nomen cursu properantes , nec per membra curant orationem discernere , nec pleni aut imperfecti sensus notas apponere . . . . At ubi ad stylum ventum est , nihil isto potest esse hoc negotio ineptius : cum ex punctis ac notis illis & sensus & intelligentia & recta pronunciatio & persuasionis efficacia clausarum in corpore orationis debita distinctio proveniant : sine quibus quid est oratio , nisi chaos confusum atque indigestum „ ? Haec Nicolaus de Clemangiis in Epist. CIX., Operum edit. Lugduni Batav. 1613. pag. 306. Quemadmodum vero Apostoli ipsi & ii , quibus cura Religionis Christianae amplificandae contigerat , tam incuriosum , tam ineptum tamque putidum Libros sacros scribendi genus adhibuissent ? Mihi sane res ita sese exhibet , ut omnem fidem excedere videatur .

Antiquissimam quidem Biblicorum librorum distinctionem , quae aetatem tulit , ut quae commodior & utilior prae ceteris usu apud Graecos venerit , ea est quam Eusebius adornaverat Caesariensis Episcopus . Is namque Alexandrinum sequutus Ammonium , ut ait S. Hieronymus , loco paullo ante indicato , ad Evangelistarum conciliationem per Canones quosdam ab se ordinatos ineundam adhibuit . De quibus consule Io. Millium, loco supra cit., num. 658. seq. pag. 62. seq., num. 738. pag. 70. seq. = Richard. Simonium , *Histoire Critique du N. Testam*. cap. XXVIII. pag. 427. = Guilielm. Cave, *Scriptorum Eccles. Histor. Litterar*. edit. Basileens. 1741.

pediendo optimum factu esse duxi, si multa etiam omitterem, ne praeter modum cresceret oratio.

1741. vol. I. pag. 110. = Io. Salom. Semlerum in Notis ad Io. Iac. Wetstenii *Prolegom. in N. Testam.* Halae Magdeburg. 1764. pag. 178. seqq. = D. Remigium Ceillier, *Histoire Génerale des Auteurs Sacrés & Ecclésiastiques* tom. IV. cap. VIII. pag. 331. seqq.

At quod ante ipsum Ammonium saeculo III. ineunte clarum, & Eusebium, eorumque aetate nullus veterum Patrum tam Graecorum, quam Latinorum aliquam librorum utriusque Testamenti divisionem vel in privatum usum excogitasset, vel iam receptam reperisset, vel denique sine interrupta verborum serie sacros eosdem Libros descriptos invenisset, eoque modo plane rudi edidisset: id illud est, quod nego concedi oportere, uti ex hactenus disputatis non obscure evincitur. Ceterum Tatiani Assyrii, Haeretici, antea D. Iustini Martyris discipuli, qui saeculo II. declinante ex quatuor sanctis Evangeliis unum digesserat, quod DIATESSARON inscripsit, studium aemulatum in suo MONOTESSARO Ammonium fuisse, a Cl. viro Iosepho Simonio Assemano, *Bibliothecae Orientalis* tom. III. pag. 12. praesertim animadversum est. Confer & eiusdem *Bibliothecae* tomum I. pag. 57.

Sed quoniam ad Evangelistas inter se conferendos, ut eorum Librorum sacrorum vel nova institueretur aliqua divisio, vel iam receptae atque probatae eorumdem distinctionis ratio haberetur, necesse omnino erat; consequens utique est & Tatianum & Ammonium & Eusebium in suis Codicibus Apostolicis talem distinctionem vel iam inventam esse sequutos, vel saltem excogitasse. Quae vero in Tatiani libro fuerit capitum divisio, quam nullam exstitisse suspicatur Io. Alb. Fabricius, *Bibliothec. Graec.* vol. III. lib. IV. cap. V. pag. 221., quonam pacto iudicemus, cum a multis retro saeculis Tatiani HARMO-

Animo autem comprehendenti multa in tanta rerum copia tantaque varietate esse, quae

NIAM deperditam noverimus? Nihil igitur quoque moror quae occasione Tatiani Operis disputat Io. Millius, loco superius laudato, num.354. pag.39., de Evangeliorum maioribus κεφάλαιοις sive *Capitulis*, vel *Titulis*, forte ab ipso Tatiano institutis. Quaecumque sint ila maiora segmenta & eorum indoles, quae in exemplaribus plerisque omnibus comparent, hoc unum contendo Tatiani aevo aliquam divisionem fuisse, quae Historiae Evangelicae varias partes, seu argumenta a se invicem distingueret. Plura profecto & quidem certiora hac de re statueremus, si Tatiani DIATESSARON, cuius Codices plus ducentos reperisse se dicit in Ecclesiis suis lectitatos Theodoritus, Cyri Provinciae Euphratesiae urbis in Syria non incelebris, Episcopus constitutus circa annum 420., aetatem tulisset.

Quae igitur ex silentio Veterum opponunt, leviora sunt, quam ut a nobis extorquere assensionem queant. Dici etenim vix potest, quam multa perierint vetera eiusmodi monumenta cum Ecclesiastica, tum profana, quibus manifeste appareret, illam non Librorum sacrorum modo, sed etiam exoticorum divisionem vetustiorem reipsa fuisse, secus quam sint plurimi arbitrati. Quod sane de interpunctis verborum clausulis aliisque distinctionum signis in iisdem libris Veterum etiam dicendum arbitror. Placet omnino quod hanc in rem animadvertit Isaacus Casaubonus suis in Notis ad Diogenis Laerti librum III. edit. Londinens. pag. 36. „ Si, inquit ille, „ non invidisset nobis rerum omnium consumptrix vetustas libros Diogenis Ciziceni & Sueton. Tranquilli, „ qui scripserant περὶ τῶν ἐν τοῖς Βιβλίοις σημείων · (de „ Notis, quibus libri interpunctis exscribebantur) minus „ esset hodie obscurum Antiquorum in hac re studium: „ quod

quae ad constitutum argumentum egregie facerent, illud apposite mihi in mentem quoque

„ quod fuisse maximum docet satis Epiphanius ἐν περὶ „ μέτρων (in libro de mensuris) . Nunc quod ille nos „ docuisset , cogimur aut ab hoc Scriptore , aut ab Isi„ doro reperitare . Eum vide lib. I. (Originum) „ cap. XX. „

Itaque quis umquam credat, suis divisionibus saltem potioribus suisque interpunctionum notis omnino caruisse illos quinquaginta divinarum Scripturarum Codices, quorum usus maxime necessarius Ecclesiae esset, quosque iussu Constantini Magni Eusebius ipse in membranis probe apparatis ab artificibus antiquariis venuste scribendi peritissimis describendos curaverat, in voluminibusque magnifice exornatis per terniones & quaterniones dispositis? Quonam tandem pacto iidem Codices & legi facile εὐανάγνωστα, & ad omnem circumferri usum potuissent? ut iusserat Imperator, & uti de *Vita* eiusdem *Constantini* lib. IV. cap. XXXVI. & XXXVII. pag. 646. refert Eusebius, ad cuius postremi capitis locum confer Valesii Notas. Et sane quidem contextum perpetua serie descriptum non sine magna difficultate sententiam prodere, satis notum etiam eruditis viris est.

Ergo in variarum Ecclesiarum Tabulariis & penes eos veteres Ecclesiae Patres, qui scriptis suis potissimum Libros sanctos illustravere, eiusmodi Codices summa cum cura & diligentia exaratos quique facillime legerentur, iam usque a primis Christianae Religionis initiis religiose custoditos exstitisse, tenendum certe est. Basilius sane, ut illud unum adducam exemplum, quod tali usus Codice fuerit suis interpunctis accentibusque κατά τε στιγμὴν καὶ προσῳδίαν notato, testatur Georgius Syncellus in eo opere, quod *Chronographiam* inscripsit, pag. 203. editionis Parisiensis 1652. a Cl. viro doctissimoque nostro Iaco-

que venisse ratus sum, ea potissimum pertractanda aggredi, quibus singulis, ut potis eram, expli-

Iacobo Goaro recensitae; quem Codicem ex Caesariensi Cappadociae Bibliotheca ad manus suas devenisse asserit idem Tarasii Constantinopolitani Patriarchae Syncellus, saeculo IX. ineunte, ut videtur, clarus.

Atque sunt praeterea non leviora eius rei indicia, eosdem veteres Ecclesiae Patres in S. Scripturae utriusque Testamenti proferendis locis aliquam sectionum & versuum divisionem tenuisse. Ut quid etenim horum mentionem iniecissent in Libris sacris, nisi ea distinctio vel iam recepta esset, vel saltem ipsam, ut proprium in usum converterent, excogitassent? Eustathius namque Bereae in Syria, deinde Antiochiae Episcopus ab ipsis Patribus in Nicaeno Concilio anno 325. constitutus, cuius supra pag. 405. in Not. memini, centum triginta quinque στίχους, sive versiculos numerat ab Evangelii Ioannis capite VIII. 59. ad cap. X. 31., ea in dissertatione, quam *Contra Origenem de* ENCASTRYMITHO nuncupavit, ab Leone Allatio latine versa, quaeque exstat in extremo eiusdem Eustathii *in Hexameron Commentario* edit. Lugdun. 1629. pag. 392. Confer & *Criticos Sacros* edit. Amstelod. tom. II. part. II. col. 1151. seq. Silentio praetereo quae ex S. Athanasii *Oratione II.* contra Arianos, Operum edit. Paris. 1698. tom. I. part. I. §. 72. pag. 548. edit. vero Patavinae 1777. tom. I. pag. 427. seq. afferre possem.

Plura & fere infinita hanc in rem sunt aliorum Patrum loca, quae heic colligere nimis longum esset, atque operosum. Non est enim otium. Ex iis tamen testimoniis plane efficitur, ante Euthalii Episcopi Sulcensis aetatem, qui certe primus omnium in Novi Foederis libris MASORETHAM non egit, uti superius aiebam, eosdem Patres in describendis, aut exponendis utriusque Testamenti sacris Codicibus στιχομετρίαν aliquam iam agnovisse

explicatis, ad ea, quae a doctiſſimis hominibus de Manuſcriptis in univerſum Codicibus diſpu-

viſſe deque ea fuiſſe maxime ſollicitos. Quamquam de Origene ſatis dixerim, placet etiam non omittere quae ab Euſebio, *Hiſt. Eccleſ.* lib. VI. cap. XXV. pag. 291. reperio tradita litteris, nempe Origenem ſcripſiſſe, ſecundam & tertiam Ioannis Epiſtolam vix centum verſus continere. Quibus quidem verbis quid efferri manifeſtius ad argumenti demonſtrationem poteſt? Quo revolvi item video quae habet vetus Auctor Praefationis CATENAE *in Ieremiam*. Ait enim „ Non modo diverſum in enarranda „ divina Scriptura ſenſum ſequutos eſſe illius Interpre- „ tes, verum & eiuſdem divinae Scripturae contextum „ non uno modo diviſiſſe, atque interpretationem ad- „ iunxiſſe. Hic ſiquidem pluribus, ille paucioribus ver- „ ſibus ſibi propoſitis, enarrationem executus eſt. Quo „ fit, ut numeri Capitibus appoſiti coercere videantur „ contextum ipſum percurrentes, ne ulterius progre- „ diantur. Enimvero oportet unum & alterum, tria „ quin etiam Capita contextus ſacrae Scripturae legere „ tumque adiectas expoſitiones, ut a legentibus plane „ capiatur ſenſus „. Haec ex translatione Leonis Allatii a Io. Matthaeo Cariophylo, exactiori ſtudio poſtmodum recognita deſcripſi. Cui vero Graeca verba conferre lubuerit, adeat Michaelis Ghiſlerii Romani, Cler. Regul. Theatini, *in Ieremiam Prophetam Commentarios* edit. Lugdunenſ. 1623. tom. I. pag. 15., qui eandem CATENAM Graecorum Patrum e Bibliotheca Vaticana primus in lucem emiſit, non quidem Romae, uti ait Io. Croius, loc. cit. cap. III. pag. 15., ſed Lugduni reipſa. Quoniam vero ea CATENA ceteriſque huiuſcemodi lucubrationibus, de quibus conſulendus Io. Alb. Fabricius, *Bibliothec. Graec.* vol. VII. lib. V. cap. XVII. pag. 728. ſeqq. & pag. 760. ſeqq., multa contineri ex vetuſtiſſimorum Patrum im-

disputata contra fuissent, quaeque una eorumdem virorum consensione veluti roborata

imprimis scriptis deperditis excerpta; facile quisque intelligit, quam antiqua fuerit illa Librorum sacrorum cum Veteris, tum Novi Testamenti in capitula, in sectiones, in versus divisio, & quidem ante Sulcensis Episcopi aetatem. Quod erat demonstrandum.

Ut autem res magis magisque pateat, illud addam, me ab iis, quae, Praefatione iam indicata in *Collectanea Monumentorum Vet. Eccles. Graec. ac Lat.*, §. XLV. pag. LIV. seq. Io. Croio opponit Cl. Laurentius Alexander Zacagnius, non multum moveri. Totus namque in eo ille idem Zacagnius est, ut ad eam librorum S. Novi Testamenti antiquissimam, Apostolorum praesertim & Virorum Apostolicorum aevo divisionem tuendam, Ioannem Croium perperam allegare vocis περικοπὴ apud Clementem Alexandrinum & alios veteres Scriptores usum, ostendat. Siquidem ea vox, ut Zacagnii fert opinio, in adductis a Croio exemplis non sectionem, seu partem contextus sacri, sed ῥῆσιν, *dictum*, χωρίον, *locum*, vel testimonium aliquod ex sacris paginis depromptum significat. At Cl. Zacagnius, quod pace viri huius doctissimi dixerim, magnis in erratis est. Principio quae de στίχοις, seu versibus, quae de titulis Evangeliorum vetustissimis, capitulisve, sive partibus maioribus, in quas Auctores ipsi, vel alii libros antiquitus diviserunt, ceterisque id genus sectionibus, vetustioribus Patribus certe cognitis atque notatis, non vulgari eruditione disputaverat Io. Croius iisdem in suis Observationibus ad Novum Testamentum, cap. v. & seqq., summo premit silentio Zacagnius ipse. Quod sane non erat praetermittendum. Deinde ad suum unum Euthalium confugit Zacagnius, quem magno sibi praesidio esse arbitratur. Verum de Euthalio, quam fidem mereatur, ex dictis satis comperta res est, ut qui secum vehe-

ta atque firmata viderem, omnis praecluderetur aditus. Ea namque ratione ad institutam

vehementer pugnare videatur. Quamobrem nihil est, cur eius Prologo in D. Pauli Epistolas, uti supra animadvertimus, Zacagnius ad omnia abuteretur, nobisque eum opponeret, qui ut divisiones librorum sacrorum Novi Testamenti ante ipsum Euthalium exstitisse defendimus, ita eum omnium primum fuisse, qui eas excogitasset, pernegamus. Quod, ni mea me fallit opinio, abunde demonstratum a nobis est.

Restat igitur, ut qualis sit vocis Περικοπὴ, quam alium in sensum, contra atque in prolatis ab Croio exemplis revera habeat, detorquet Cl. Zacagnius, significatio videamus. Quod quidem verbum, si presse strictimque sumatur, vim & sententiam habet *Abscissionis*, *Resecationis*, sive *Sectionis*, nihilosecius latiori sensu usurpatum & *dictum* & *locum* significare quandoque posse, non committam ut negem. Neque contra esse statuendum putat Croius ille ipse, loc. cit. cap. IV. pag. 24. seqq., Erasmum castigans atque Lexicographos eamdem vocem Περικοπὴ perperam interpretantes; quo loco quis sit verborum aliquot Philoponi adversus Proclum, quae ista significatione sumenda sunt, recte explicat Io. Croius. At horum verborum Philoponi & illorum, quibus in Libris sacris exponendis utuntur veteres Ecclesiae Patres, veluti Clemens Alexandrinus, Basilius Magnus, Amphilochius, Ioannes Chrysostomus aliique, ubi de eorumdem librorum sectionibus, sive maioribus, sive minoribus sermonem instituunt, dissimilis prorsus est ratio. Quis etenim aliter atque de sectione, aut parte quadam contextus sacri vocem Περικοπὴ accipiat quae habet Clemens Alexandrinus, primis Apostolorum temporibus proximus, *Stromatum* lib. VIII. apud Croium, loc. cit. pag. 22., aut potius lib. VII. §. XIV., Operum vero eiusd. Doctoris edit. Oxo-

tam tractationem de Codicibus imprimis Biblicis Hebraicis faciliorem atque expeditiorem

Oxonienſ. 1715. tom.II. pag.883? Ait enim doctiſſimus Pater, ſeſe nolle integram proferre SECTIONEM Apoſtoli I. ad Corinth. cap. v., quam exponere aggreditur, utpote quae ſit prolixior. Quid tandem? De *dicto*, *ſententia*, aut *loco* tantum interpretabimur quae ediſſerit Hieronymus *Adverſus Iovinianum* lib. II., Operum tom. IV. part. II. col. 226. hiſce verbis? „ Diximus de nuptiis, „ viduis, virginibus. Viduitati virginitatem, viduitatem „ praetulimus matrimonio. Expoſita eſt Περικοπὴ Apo- „ ſtoli de huiuſcemodi quaeſtionibus diſputantis. Singulis „ oppoſitionibus reſponſum „. Eadem fere repetit S. Doctor in *Epiſtola ad Pammachium* pro libris ſuis adverſus eumdem Iovinianum, ibid. col. 243. Quae quidem Pericope verſus ſexdecim complectitur, a verſu ſcilicet 25. ad 40. cap. VII. Epiſt. I. ad Corinthios.

Mitto brevitatis ſtudio, quae de Iuſtino Martyre, quae de Athanaſio, quae de Baſilio Magno, quae de Amphilochio (qui quantique Doctores!) hanc in rem diſſerit Io. Croius. Neminem ſane futurum exiſtimo, qui, cum haec diligenter & attente legerit, Laurent. Alexandr. Zacagnii interpretationi aſſentiri velit. Tam clara, tam perſpicua tamque manifeſta de Librorum ſacrorum Pericopis aut ſectionibus horum Patrum teſtimonia ſunt, ut mirum cuique videri debeat Cl. Zacagnium in tanto rerum lumine caecutiſſe. Quamobrem, tametſi latius verbi Περικοπὴ ſignificatio aliquando pateat, ut quae in ea veterum Patrum loca, ubi de Librorum ſacrorum contextus partibus agunt, potiſſimum cadat, neceſſe omnino eſt.

Iam vero ex iis, quae hac in noſtra adnotatione hactenus diſputata ſunt, quiſque intelligit, quid de Librorum ſacrorum etiam apud Latinos diviſionum magna vetuſtate reipſa ſit ſtatuendum. Ex quibus iiſdem ſic diſputatis rebus

rem mihi viam paravi . Quam quidem viam numquam ingressus fuissem, nisi alteram sternere

bus consequitur, quam falsus fuerit Ioannes Morinus, *Exercitat. Biblic. lib. II.* Exercit. XVII. cap. I. pag. 475. seqq., secus hanc in rem opinans, atque veterum Christianorum mos omnino efflagitaret atque consuetudo. Namque, ut Librorum sacrorum lectio neque facile peragi, in Synaxibus neque commode poterat, nisi aliqua, uti superius posui, divinarum Scripturarum Codicum constitueretur divisio; sic ob eandem caussam Libros illos ipsos sacros, quos legerent veteres Christiani, quocumque eorum Exemplaria conscripta sermone fuissent, aliquot divisionibus, & quidem a primis Ecclesiae initiis, iam notatos exstitisse credendum est. Quod sane quoque a Cl. viro eruditissimo editore Operum omnium Venerabilis Thomasii, Romae typis vulgatorum anno 1747. seqq. *Praefat.* ad tom. I. §. XXII. pag. XXV., Antonio Francisco Vezzosi Cler. Reg. sapienter est adnotatum.

VETEREM VERSIONEM autem VULGATAM sive ITALICAM, aut COMMUNEM principio certe iisdem in Latinorum Christianorum Conventibus, sacrisque conficiendis, tempora ipsa Apostolica attingere, multorum doctorum Virorum sententia est, & quidem gravissimis comprobata rationum momentis. Qua de translatione eiusque vetustate quidpiam disputavi in libro *Des Titres primitifs de la Révélation*, tom. I. pag. 232. 254. & tom. II. pag. 354. Non igitur recens neque Hieronymi aetate, aut quarto primum saeculo & quinto ineunte, introducta Librorum sacrorum Latinorum haec divisio est. Quamobrem Ioannes Morinus cum contra statuit, graviter labitur.

Sed age, paucis videamus quid tandem ille idem opponat vir quidem doctus, at saepe aequo acrior & affectu peccans. Ita enim fiet, ut nunc liberem, quam superius pag. 297. in Not. dedi, fidem. Ut

nere & tutiorem posse, illam ipsam intellexissem, qua de Tertio Iablonskiano Canone

Ut igitur suas Ioannes Morinus de Bibliis Hebraicis fallaces & inanes opiniones, quas in libro eodem nostro, modo indicato, fuse confutavimus, & Iudaeorum ipsorum disertissimis de suorum librorum divisionibus distinctionibusque iam usque ab antiquis temporibus apud eosdem receptis, omnem adimeret auctoritatem, quas sibi, si ponderis alicuius viderentur esse, repugnare prospiceret, Divum Hieronymum, hasce per Cola & Commata similesque divisiones in Latinorum Codices sacros primum omnium induxisse, acriter contendit.

Sed Ioannis Morini argumentum quale tandem est? Ex eo illud suum potissimum ducit, quod res erat prorsus inusitata Scripturas sacras Commatis, Colis & versibus antea legere distinctas. Libros igitur omnes propemodum continua serie scriptos comminiscitur, aut summum uno tantum puncto eorum dictiones, ne confunderentur, discretas dicit. Uno verbo, ad Codicum Bibliorum Hebraicorum, Graecorum & Latinorum divisionem per Cola & Commata & versus quod attinet, de iis & singulis tam confidenter verba facit Morinus, ac si iisdem vixisset antiquis saeculis, quibus exarati fuere, Veteresque aut audivisset, aut vidisset Exemplaria describentes.

Plura multo conatu congerit eruditus vir, quae sibi praesidio magno esse retur, quae singillatim hic refellere nimis longum esset, quin immo & supervacaneum; cum ex dictis passim hac in nostra DIATRIBA, quam inania, quam laevia sint eius commenta, iam satis constare arbitrer. Unum breve expendere pergam, propterea quod supra pag. 371. in Not. id me facturum promisi. Ergo S. Hieronymi testimoniis aperte abutitur Io. Morinus, dicentis se Prophetarum imprimis Libros novo scribendi genere distinxisse. Quas sane, ipsius Morini sententia distin-

ne , superius indicato , sententiam feramus .
Itaque ad Codicum scripturae rationem
E e tan-

distinctiones , quarum memini , in ipso Hebraico Biblico Exemplari , aliisque Latinis & Graecis Codicibus , si fuissent , nequaquam tacuisset S. Doctor .

Atque mea sic est responsio . Ex ea Divi Hieronymi auctoritate , hoc unum consequi video , nempe S. Doctorem in sua adornanda Latina translatione id unice facisse , quod Euthalius Episcopus Sulcensis , quod Eusebius , quod Ammonius , uti paullo superius iam animadverti, antea fecere. Novo quidem divisionum genere usus est S. Doctor . Versus ipsos vel breviores , vel longiores in Libros sacros induxit : S. Contextus sententias, ut legentium utilitati magis consuleret, aliter distinxit . Uno verbo , divisionem translationis suae ex Hebraeo factae, accuratius diligentiusque digessit D. Hieronymus ; modo per Cola versuum , seu per integram sententiam , duo vel tria caesa , sive membra maiora comprehendentem , uti in Libris Iosue & Paralipomenon ; modo per Cola & Commata, ut in Libris Prophetarum , quemadmodum vetustissimis Scriptoribus moris fuerat . Quae postrema versiculorum , aut versuum distinctio in Libris Psalmorum , in Salomonis Operibus maxime deprehendebatur . At quod nulla prorsus distinctio in libris Biblicis & Hebraeorum & Graecorum & Latinorum aliorumque , quos nominare non vacat , ante fuisset , quam D. Hieronymus opus suum aggrederetur ; hoc illud ipsum est,quod Ioannes Morinus numquam ostendet .

Contra autem illud , quod contendit ille idem Morinus , si usquam concedatur ; nihil erit tam explorate cognitum, nihil tam certum in antiquis monumentis, nihil denique Veterum testimoniis tam munitum , quod non expugnari negandi licentia ac temeritate possit . Certo etenim certius est,& ab Ioanne Martianaeo multis demon-

tandem me contuli , & uti in eisdem exscribendis ferebant instituta Maiorum , de eiusce scri-

monstratum , iam saepe indicatis *Prolegomenis in divin. Bibliothec. S. Hieronymi*, Prolegomen. IV. §. I. II. & III. VETERIS VULGATAE Latinae editionem, ut missas faciam alias eiusdem editiones, quae olim circumferebantur, ante Hieronymum fuisse versuum imprimis divisione adornatam . Quae quidem versuum distinctio, D. Hieronymi tempore, apud Patres & Ecclesiae Latinae proceres recepta , ceteris omnibus tam antiquis , quam hodiernis divisionibus copiosior etiam fuit . Falluntur igitur qui hanc *στιχομετρίαν* , sive versuum distinctionem a D. Hieronymo in Libros sacros primum invectam afferunt, uti, prae multis, gravissimi Auctores Novae Rei Diplomaticae gallice conscriptae, tom. III. part. II. cap. VIII. pag.465. scriptum reliquerunt.

Praetereo quae de eiusdem VETERIS ITALICAE Capitulis , sive Titulis , aliquod argumentum comprehendentibus disputare possem , & quibus summatim variae partes in ipso contextu positae indicabantur . Hos vero Titulos lectionibus ipsis praefixos,qui BREVES etiam apud Veteres dicuntur , a Capitibus nostris hodiernis plane diversos , longe ante Cassiodorum in sacris Libris usu venisse etiam Latinorum , auctor ipse Cassiodorus est , *De institutione divinarum Litterarum* cap.I.Operum tom.II. pag. 540. , ut qui eos vocet *Veteres Titulos* , *& a maioribus ordine currente descriptos* . Quos quidem Titulos ante Hieronymum exstitisse , recte statuit Cl.Ant.Franciscus Vezzosi , loco paullo ante indicato .

Neque vero apud antiquos Christianos solum suis in Conventibus , sed etiam mos vetus apud Hebraeos in Synagogis suis Moysis & Prophetarum Libros legendi iam invaluerat,uti supra aiebam.Quae igitur eorumdem librorum divisionis ratio ex harum lectionum sic peragendarum anti-

scriptionis modo differui. Ipsos igitur Graecos praesertim Codices, etsi paucos nume-

 ro

antiquissima consuetudine & more deducta, si valeat, valet autem quam plurimum; consequens omnino est, Iudaeos ipsos a multa retro ante D. Hieronymum aetate suas habuisse Hebraicas scripturas sectionibus aliisque distinctionum signis notatas.

Quod autem singulis Sabbatis ab antiquissimis temporibus ἐν γενεῶν ἀρχαίων moris ipsis Iudaeis fuerit, ut scripta saltem Moysis legerent; hoc est certissimum. Idque manifestissime liquet ex D. Iacobi testimonio, Actorum cap. xv. vers. 21. Confer lib. II. Esdrae cap. VIII. vers. 1. seqq. = Flavium Iosephum, *Contra Apionem* lib. II. §. 17. Operum tom. II. pag. 483., & quae ex Philone recitat Eusebius, *Praeparat. Evangel.* lib. VIII. cap. VII. edit. Parisiens. 1628. pag. 359. seq. Neque discrepat ipse Morinus, loc. cit. cap. VI. pag. 489., qui Iudaeos idcirco Legem Moysis in quinquaginta duas sectiones pro singulis septimanis divisisse non pugnat. Quo circa errasse Valentin. Ernestum Loescherum defendo, qui in *Commentario de Caussis linguae Hebraeae*, pag. 39., harum sectionum divisionem certis Sabbatis addictarum, post excidium Urbis, demum a Iudaeis factam existimat. At quod ex Luc. cap. IV. vers. 17. opponit, leve prorsus est. Enim vero, ut mox ostendam, in veterum Iudaeorum Synagogis lectiones Prophetarum Sabbatis singulis etiam habebantur; in hisque peragendis, Prophetae librum legenti eumdem huc illuc evolvendi amplior facultas dabatur, quam in lectionibus Librorum Moysis. Neque Scriptores ipsi Rabbinici repugnant. Quid mirum igitur, si Christus in Synagogam Nazareth, die Sabbati, uti ei moris erat, ingressus, Isaiae volumine a Ministro sibi oblato, hanc potius, quam illam eiusdem Prophetae Pericopam, absque Iudaeorum offendiculo praelegerit, atque,

ut

ro & Latinos proferre e re visum omnino fuit exaratos manu. Quum vero prospiciebam fore,

ut consuetudo ferebat, deinceps explicaverit? ille ipse, inquam, sanctissimus Servator, qui non Lectoris modo, sed divini Doctoris partes agebat; eademque libertate docens, dicendique gravitate in multis aliis Galileae & Iudaeae Synagogis, non verbis solum, sed prodigiis veritatis inimicos perpetuo redarguebat; admirabilemque doctrinam suam mirum in modum confirmabat.

Insequentibus temporibus, sed iam inde quoque a longa aetate, iisdem Legis sectionibus alias ex Prophetarum Libris desumptas, & in Synagogis lectitatas accessisse, non dissentiunt Viri doctissimi, neque Morinus ille idem, ut opinor, tametsi de illis prorsus taceat.

Ad harum vero praelectionum Propheticarum antiquitatem quod attinet, licet certe definiri nequeat; Christi tamen & Apostolorum aetate apud Iudaeos iam dudum etiam usu venisse, manifestissime demonstrant quae ab Auctore sacro Actorum Apostolorum, cap. XIII. vers. 15. & 27. tradita sunt litteris. Namque earum originem altius assurgere, vix ac ne vix quidem vocari in controversiam potest.

Librorum porro Moysis Pericopae, seu sectiones a Iudaeis פרשיות PARASCHIOTH nuncupatae, quas quinquaginta quatuor vulgo numerant, eaeque in maiores, & minores divisae, eo fine comparatae fuere, ut totus Pentateuchi Liber legendo in Synagogis per annum absolvi posset. Prophetarum vero sectiones, illis respondentes, Iudaei vocant הפטרות HAPHTAROTH. De quibus Paraschis & Haphtaris earumque origine consuli prae ceteris possunt Laurentius Fabricius, *Partitionum Codicis Hebraei* cap. VIII. IX. & X. in Thomae Crenii *Thesaur. Philolog. & Histor.* vol. I. pag. 169. seqq. & 280. seqq. = Ioannes Leusden, *Philologi Hebraei* dissert. IV. = Ioseph

fore, ut Veterum Stichometria non parum lucis tractationi nostrae affunderet; hanc al-

 teram

seph de Voisin, *Observat. in Prooemium Pugionis fidei Raymundi Martini*, edit. Lipsiens. 1687. pag. 97. seqq. 133. seqq. = Iulius Bartoloccius, *Bibliothecae Magnae Rabbinicae*, tom. II. pag. 593. seqq. 655. seqq. = Prideaux, *Histoire des Iuifs* tom. II. part. I. lib. v. edit. primae Gallicae pag. 140. seqq. = Ioh. Gottlob Carpzovius, *Critic. sacr. Vet. Testam.* par. I. cap. IV. §. IV. & V. pag. 141. seqq. 153. seqq. = Io. Francisc. Buddeus, *Histor. Eccles. Vet. Testam.* period. II. sect. VI. §. X. & XI. edit. Halae Magdeburg. 1752. pag. 781. 787. 798. seq. = Ioh. Eberhardus Rav, *Diatribae de Synagoga Magna* part. II. sect. II. cap. II. §. V. seq. pag. 122. seqq. = Sebaldus Ravius in *Specimine observationum ad Caroli Fr. Houbigant Prolegomena in Script. sacr.* cap. I. art. III. pag. 28. seq. = Io. Christoph. Wolfius, *Biblioth. Hebraeae* part. II. sive vol. II. sect. I. §. XIV. pag. 43. seqq., ubi alios recenset Scriptores, qui de iisdem sectionibus & earum antiquitate libros edidere.

Ex usu igitur consuetudineque veterum Iudaeorum singulis Sabbatis legendi Scripturam sacram, recte colligitur ea ipsa, quam tuemur, antiquissima Voluminum Hebraicorum in sectiones & in versus divisio. Hocque argumentum, quod est gravissimum, frustra in eo desudat Ioannes Morinus, ut refellat, cuiusque vestigiis insistunt Richardus Simonius & Ioannes Clericus aliique contra Codicis Hebraei versuum Biblicorum veram antiquitatem acriter dimicantes; hic, *Artis Criticae* vol. II. part. III. sect. I. cap. X. §. 24. pag. 144. seq., & in *Dissertat. Prelimin. II. ad Commentar. in Genesim, de optimo genere Interpretum S. Scripturae*, §. VIII. pag. XXIII. seq.; ille vero, *Histoire Critiq. du Vieux Testam.* lib. I. cap. XXVIII. pag. 152. seqq.

Non

teram diſputationem ſi prorſus omiſiſſem, uno eoque ſingulari privaſſem me argumento,

Non eſt neceſſe, ut ad ea rurſum veniam, quae de ςιχηρῶς ſcribendi ratione diſſerit Morinus, loc.cit. Exercit. xv. cap. II. pag.444. ſeqq. ex Graecorum & Latinorum more, quos verſus lineis numeraſſe contendit, idemque antiquitus feciſſe Iudaeos. Heic mire omnia miſcet ac turbat Io. Morinus. Verſus Biblicos cum linearum ductibus, certo vocum aut litterarum numero ac ambitu definitis, confundit; quibuſque Hebraei Codices ſuos Synagogae uſibus dicatos iam uſque a longo tempore conſcribunt. Quae etenim ex Thalmudicis aliiſque ille idem recitat, ad verſus nullo modo ſpectant Biblicos, qui non vocum certarum cumulo, ubivis ſibi conſtante, uti animadvertit Ioh. Gottlob Carpzovius, loco paullo ante indicato, §.v. pag.158., ſed ſenſus integritate circumſcribuntur ac diſterminantur. Et quoniam illud, quod ad ςιχηρῶς ſcribendi rationem antiquis uſurpatam pertinet, explicatum ſupra eſt, nunc praetermittatur. Nolo enim actum agere.

Quid denique de eorumdem verſuum ſubducendorum diverſitatis ratione tum apud Thalmudiſtas & Maſorethas, cum apud D. Hieronymum fiat conſequens, quod Morino, (loc. cit. Exercit.xv. cap. I. pag. 443. ſeq. & Exercit. xvII. cap.II. pag. 479. ſeqq.) ſuique ſimilibus faveat; non equidem video. Si quid autem video, quod ex eorumdem Thalmudiſtarum aliorumque diſſidiis reipſa ſequatur; illud ſane eſt, veteres Iudaeos, aeque ac Chriſtianos tam Graecos, quam Latinos ſuorum Codicum Biblicorum verſus diverſimode dinumeraſſe. Adeas Io.Chriſt. Wolfium, loco paullo inferius indicando. Quae quidem diverſitas verſus ipſos in S. Scriptura iam diſtinctos atque antiqua memoria notatos manifeſtiſſime arguit. Quamobrem operam conterendam nolo in refellendo quod contra

eſſe

to, quod in genere probationis plurimum valeret. Quid multa?

Quum res igitur iam ſatis explorate cognita videatur, nulla eſt cauſſa, quamobrem pura afferam, aliiſque Veterum teſtimo-

eſſe, ac res ipſa poſtulet, paſſim ſcribit eruditiſſ. Ioſ. Ant. Gonzales de Salas in ſua *ad Diſſertationem de duplici viventium terra Mantiſſa*, edit. Lugd. Batav. 1650. ſect. III. ſeq. pag. 144. ſeqq.

Quis enim neſciat, Librorum ſacrorum Stichometriam antiquitus multum exſtitiſſe diverſam, quemadmodum ex iis,qui ſuperſunt vetuſtis Codicibus liquet? Confer Claud. Salmaſium,*Prolegomen*. ad Solinum, pag. mihi 31. ſeq. Neque id mirum videbitur, cum illi ipſi Librorum ſacrorum expoſitores non unam omnium, eamdemque diviſionis rationem adhibuerint. Quod praeterea Codicum exſcriptores pro captu ſententias ultro citroque definirent, certa etiam res eſt, uti monuere Petrus Daniel Huetius, loc. cit. in extrema poſteriore parte *Commentariorum Origenis*, pag. 19. ſeq. & Ioannes Martianaeus, *Prolegomeno* paullo ante indicato, §. 1. Conſule quoque Io. Albert. Fabricium, *Bibliotb. Graec.* vol. III. lib. IV. cap. V. pag.222. ſeq. = Eundem in *Delectu argument. de Verit. Relig. Chriſt.* cap.XXVII. §.III. pag.514., de ſtichometria varios Scriptores enumerantem; quibus adde ſis Io. Chriſtophor. Wolfium, loc. cit. vol. II. ſive part. II. lib. III. cap. II. pag.474. = Cl. virum Antonium Franciſcum Vezzoſi, Clericum Regularem Theatinum in eo ſuae Praefationis pag. XXIV. loco, quem iam indicavimus. Atque de hoc quaeſtionis genere iam ſatis dictum eſt; quod breviter comprehendi, ad id, quod mihi propoſueram, demonſtrandum.

niis esse confirmandam existimem. Qua quidem re hactenus sic exposita atque constituta, abunde quoque constare arbitror, quid de illa continuatione serieque verborum in Manuscriptorum Codicum scriptions ratione, qua vera eorum vetustatis nota eruatur, tandem sit statuendum.

VII. Esset profecto illud plane mirabile, quod Occidentis gentibus, quarum memini, id moris fuisset, ut res suas eo, quo superioribus Sectionibus disseruimus modo, litterarum monumentis mandare curassent; Orientis vero populi, Hebraei imprimis, Syri aliique absque ulla sententiarum distinctione, nulloque inter verba singula relicto interstitio exaratos manu Codices, ea, inquam sacra volumina more, ut ita dicam, Andabatarum descripsissent. Apage ineptias.

Argumentum vero conferamus in pauca, ab ipsis Hebraeis exordium sumentes. Ego quidem ferre illorum opinionem non possum, qui rem testatam ac vetustate (1) roboratam, scri

(1) Pleni sunt, ut ita dicam, contra illam ipsam non interruptam & continuatam Hebraico-Biblicorum voluminum

ſcribendo ſic pervertere conantur , ut Codices ſacros ſuos, veluti rudem indigeſtamque mo-

minum ſcriptionis ſeriem , quam a priſcis temporibus ad aliquot ſaltem poſt ſervatoris Chriſti adventum ſaecula , iiſdem in Codicibus fuiſſe , multi eruditi Viri comminiſcuntur , pugnantium veterum Scriptorum Iudaicorum praeſertim Thalmudicorum . Enimvero quod hi de Accentuum Hebraicorum notis ſcriptum reliquerunt , rem plane conficit ; quippe cum quae de antiquiſſima eadem ſcribendi Libros ſacros ratione fuerit communis eorum ſententia, probe demonſtret . Quorum quidem teſtimonia heic recitare eo magis ſupervacaneum arbitror, quod a Io. Buxtorfio fil. producta fuerint , atque vindicata ſuo in *Tractatu* , quem *Arcano Punctationis revelato* Ludovici Cappelli a Thom. Erpenio primum in lucem edito , oppoſuit , *de Punctorum Vocalium & Accentuum in Libris Vet. Teſtamenti Hebraicis* , part. I. cap. V. & VI. pag. 52. ſeqq. 76. ſeqq. , cuius pars II. eſt conſulenda . Vide etiam Io. Buxtorfii P. *Tyberiadem* cap. IX. pag. 70. ſeqq. = Ioan. Croium , *Obſervat. in Nov. Teſtam.* cap. II. pag. 12. Omitto ceteros .

Haec autem Scriptorum Iudaicorum loca tam ſunt manifeſta atque perſpicua , ut mirari ſubeat Viros doctiſſimos , eodem praeeunte Cappello , eorum vim atque evidentiam eludere conatos eſſe, non de Accentuum Elementis, ſed de eorum poteſtate, vocis ſono tantum expreſſa , Veterum verba eſſe accipienda , perpetua exceptione aſſerentes . At fruſtra , quod recte animadvertit Ioh. Eberhardus Rav , loc. paullo ante indicato , ſect. II. cap. II. pag. 137. Iuvat unum heic proferre exemplum quod deſcribit idem Rav , loc. cit. pag. 138.

Ad locum Exodi , cap. XXIV. verſ. 5. , in Tractatu Thalmudico *Chagiga*, ſive *feſtivitas* in ſcripto, fol. 6. col. 2. diſputant Gemarici , ſit ne vox פרים *Iuvenci* , referenda ad

molem veteres Hebraei ediderint, posterorum demum industria atque diligentia in ordi-

ad utrumque genus sacrificii, puta Holocaustum & Pacificum, an vero post vocem עולות *Holocausta* subaudiri debeat vox כבשים *Agni*; ita ut sensus sit, agnos fuisse mactatos in Holocaustum, iuvencos vero in sacrificium Pacificum? Hoc quidem posterius asseritur. Sed quaerentibus nonnullis, לכאי נפקא מינה *unde id probari possit*, respondet Mar Zutra לפיכוק טעמים *ex distinctione*, quae fit *per Accentus*. Quid, obsecro, inquit Sebald. Rav, clarius dici poterat, quam membrum Versus alterum iam tum apiculo Accentus *Distinctivi* (cuiuscumque is fuerit figurae) depicto ad vocem עולות ab altero fuisse distinctum? in qua velut palpabili sensuum a se invicem disiunctione omne argumentationis Mar Zutrae robur situm fuit. Quae igitur istius & aliorum testimoniorum genera nisi huc spectent, ut ostendant antiquitus fuisse in voluminibus sacris Hebraicis, aliquot Accentuum notas, quibus sententiae distinguerentur, quo demum spectent ne suspicari quidem nos possumus.

Atqui si qua doctrina est, quam vetustate & universitate firmatam tenuerint veteres Iudaici Scriptores, quamque probare continenter pergunt recentiores Iudaei, ea profecto est, quae ad illud de Accentuum Hebraicorum elementis, sive notis quaestionis genus attinet. Si quis vero umquam unus, Elias Levita in Praefatione Rhytmica III. ad Librum suum, quem מסורת המסורת sive *Traditio Traditionis* inscripsit, contra sentire ausus fuerit; is sane suorum invenit neminem, qui eum sequeretur. Habuit tamen e Christianis doctis viris quamplurimos, qui in eius sententiam concessere. Quod autem dicunt Aben-Ezram saeculi XII. Scriptorem eamdem opinionem ante probasse, immo & Kimchium & R. Iehudam Levitam; vereor multum, ne errent. Confer Io.

ordinem orationis ſententiae congruum redigendos. Quid Moyſem? Quid Prophetas? Quid

Io. Chriſtoph. Wolfium *Biblioth. Hebr.* vol. II. lib. III. cap. II. §. IX. pag. 481.

Quamquam iis ego, quae ab Scriptoribus illis Iudaicis ea praeſertim de re prodita ſunt litteris, facile non aſſentior; mea tamen ſic eſt ratio, varia eorum teſtimonia, quae hanc ipſam theſim tueantur, ſi alicuius ponderis ſint atque auctoritatis, (& quare tandem nihil prorſus valerent?) magno utique eſſe argumento, iam pridem ante confectum Thalmud ipſis Iudaeis non modo fuiſſe cognitas Accentuum notas, verum etiam Moyſis ſcripta ceterorumque Prophetarum indivulſo litterarum ductu neutiquam olim cohaeſiſſe.

Illud enim notum eſt Accentus, quos TONICOS vocant Grammatici, & REGES, ſermonem quodam modo incidere, uti Punctum, Cola, Semicolon & Comma. Verbi cauſſa, Accentus סוף פסוק SOPH PASOUQ, hoc eſt, *finis verſus*, qui etiam SILLOUQ dicitur, in re Hebraeorum Grammatica eiuſdem verſus indicat clauſulam. De ceteris Accentibus, qui ad ſententiarum diſtinctionem maxime conferant, de quibus multa tradunt Grammatici, non eſt quare orationem inſtituamus; cum res per ſeſe liqueat.

Sed quoniam tota punctorum *Vocalium* ab Accentuum vario ſitu dependet atque momento; in ſectiones, in verſus ante diviſus fuerit Contextus ſacer, neceſſe eſt, quam Accentus & Puncta *Vocalia* eidem inſcriberentur. Contra, perpetuam continuationem ſeriemque verborum, ſive ubique cohaerentem ſcripturam, non ſectionum modo verſuumque, ſed etiam Accentuum & Punctorum *Vocalium* ſigna admittere nequaquam poſſe, res ipſa docet. Quod ſi igitur nulla antiquitus fuerit voluminum Hebraeo-Biblicorum in verſus & ſectiones diviſio;

Quid ceteros Scriptores afflatu instintuque Dei incitatos scribendi genus tam obvium, tam

visio ; sequiori vero tantum aetate post Christum natum eam factam contendamus ; ad recentius quoque aevum Accentuum & Punctorum *Vocalium* inscriptionem vocibus ipsis Hebraicis adpositam remittamus , omnino necesse est .

De sectionum autem & versuum Biblicorum Codicum Hebraicorum distinctione , antiqua memoria Patrum apud ipsos veteres Iudaeos Christi aetate & Apostolorum iamdiu usu venisse, ostensum supra est . Qua quidem ex disputatione perspicue est consequens , hanc scripturae connexionem a voluminibus Hebraeo - Biblicis tunc temporis bonam saltem partem exulasse . Restat igitur , ut quam lucem affundere argumento huic nostro veterum Iudaeorum doctrina de Accentibus queat,brevi concludamus.

At dicet quispiam , quorsum ista disputatio ? si de vera horum Accentuum, quos magno apparatu recensent Grammatici & Iudaei & Christiani , antiquitate hactenus non satis constet . Scio equidem esse magnam inter Viros doctos ea de re dissensionem ; quos etiam video ita de eodem quaestionis genere contentione certare , ut qui Punctorum *Vocalium* antiquitatem vel impugnant , vel tuentur ; iidem Accentuum signis aut recentem , aut antiquam originem denegant , aut adstruunt .

Ergo alii eo devenere , ut ab ipso Adamo eiusmodi distinctionum signa repetere non vererentur . Alii vero vel a Moyse , vel ab Esdra, qui eo nomine המפסיק *Pausator* Iudaeis audit , vel a sacro cuiusque libri Scriptore orta contendunt . Alii recens inventa tradunt , non multum post Esdrae nempe aetatem , vel post excidium Templi secundi , vel saeculo v. aut vI. post Christum natum, quin immo saeculo xI. , uti opinatus Gilbertus Genebrardus est , sed anachronismo plane manifesto . Alii denique

tam facile, tamque necessarium omnino neglexisse dicemus, aliis vero gentibus non

mo-

nique nihil definiunt. De quorum singulorum varia diversaque sententia, cum longum esset dicere, legendus prae ceteris est Io. Christoph. Wolfius, loc. cit. vol. II. lib. III. cap. II. §. IV. seqq. pag. 476. seqq. Adde sis Gustav. Georg. Zeltnerum in *Enneade Quaestionum Philologic.* Francofurt. & Lipf. 1747. quaest. VII. & VIII. pag. 51. seqq. 73. seqq. = Ioh. Gottlob Carpzovium, loc. supra cit. part. I. cap. V. sect. VII. §. XI. pag. 242. seqq. = D. Petrum Guarin, *Praefat.* ad Tomum II. *Grammat. Hebr. & Chald*, pag. V. seqq. = M. Adolph, *Dissertation sur les Points qui forment les Voyelles de la Langue Hébraïque. Iournal des Savans, combiné avec les Mém. de Trevoux*, mens. Augusti 1755. pag. 400. seqq. = Clarissimi viri Ludovici Dupuy, quas superius pag. 339. seq. in Not. recitavi de eodem argumento doctissimas lucubrationes.

Ego vero quum animo complector quae in hanc vel illam sententiam a Viris doctis disputata sunt, multos eorum ita institutos fuisse perspicio, qui plus Iudaeorum Scriptorum auctoritati concedendum censerent, quam ratio posceret resque ipsa efflagitaret. Contra vero alios & bene plures eo usque comparatos fuisse reperio, ut argumenta, quibus confidat, nitaturque vera de Accentuum antiquitate sententia, nihil se morari arbitrarentur. Quamobrem frustra hos atque illos laborasse, qui in hocce quaestionis genere sic pro lubitu suo explicando operam consumpserint, mihi videre videor.

De Punctis *Vocalibus* vix differere queo, propterea quod longiore oratione indigeret haec disputatio. Quemque vero eorum auctorem statuamus; istud ipsum reor tenendum, hodierna Puncta *Vocalia*, quod ad significandi vim & potestatem attinet, illorum, quibus verba Hebraica antiquitus proferebantur, substantiam

ex-

modo cognitum, ſed etiam uſitatum? Illud ne in cogitationem quidem cadit.

Quid?

exprimere atque naturam. Atque ea ratione Textus Hebraici integritati rectius conſulitur. Quamquam eorum prolationem pro variis temporibus, locis atque perſonis variare olim potuiſſe & reipſa variaſſe arbitror.

Quod ſi igitur maxime conceſſerim, eorumdem Punctorum figuram, quin immo ingentem eorum apparatum, quo, ut ita dicam, fere obruuntur volumina noſtra Hebraica, recens fuiſſe Maſoretharum cumprimis Tiberienſium inventum, quos ſaeculo v. vel vI. ineunte, floruiſſe volunt; nemo harum rerum aequus aeſtimator a me requirat, ut illos ipſos proprio arbitratu, nullaque verae lectionis antiquae habita ratione, punctis iiſdem Codices ſacros animaſſe, credam. Qui ſecus opinaretur, nae is vehementer erraret. Firma etenim conſtat totius antiquitatis Iudaicae, veterumque Patrum, Origenis imprimis & Hieronymi auctoritate ſententia, numquam apud Iudaeos obliteratam fuiſſe ſermonis Hebraici notitiam. Quam ſane rem cum alibi ſatis declaraverim, nunc omitto. Confer, ſi lubet, librum noſtrum *Des Titres primitifs de la Révélation*, tom. II. Epocha III. pag. 211. ſeqq.

Atque hoc rurſum confirmo. Etiamſi darem, Codices Hebraeos abſque certis ac definitis *Vocalibus* exaratos olim fuiſſe, ut multi opinantur; iſtud ſaltem mihi dabitur eodem in Contextu Hebraico quaedam Puncta, ſive ſigna Diacritica antiquitus exſtitiſſe, quibus vocum quamplurimarum ambiguitas plane tolleretur, certoque & cautius earum vis determinaretur atque ſenſus; quorum quidem Punctorum Diacriticorum ope, verborum eorumdem diſtrahebatur cum aliis omnimoda coniunctio.

Quod autem urgent aliqui de MATRIBUS LECTIONIS

Quid? quod usu, memoria Patrum venerat, ut Iudaei praecepta & quasi viam

SCRI-

NIS אוי, vel ut aliis placet, אהוי, aliis vero, אחהע, quod, *Vocalium* munere quondam fungerentur, tot tantisque hanc premi difficultatibus hypothesim censeo, ut vix ac ne vix quidem propugnari defendique posse videatur. Qua de re consulas imprimis velim clarissimi viri Ludovici Dupuy lucubrationes Gallice perscriptas, ad quas modo remisi; quibusque praesertim tum suam de illorum signorum Diacriticorum antiquo usu apud Hebraeos sententiam clarissime exponit, tum ab Anonymi Scriptoris Galli exceptionibus egregie vindicat doctissimus Academicus.

Itaque vel admittenda sunt Puncta aliquot *Vocalia*, quaecumque tandem ea fuissent, & quidem iam a primis usque Hebraicae scripturae initiis, verbis ipsis inscripta: vel, quod veritati est omnino consentaneum, ad illa ipsa Puncta Diacritica deveniamus oportet, quibus vocum Hebraicarum multarum, uti in scriptura Samaritana etiam deprehenditur, homonymia prorsus eliminaretur. Namque haec postulabat sermonis Hebraici ratio & natura.

Quemadmodum vero cum illo numquam interrupto verborum tenore componi eiusmodi notae Diacriticae potuissent, nullo modo intelligo; quippe quae certis verborum, quibus inscribebantur, distinctionibus inservirent. Quaecumque igitur de Punctis *Vocalibus* Hebraeorum opinio habeatur, illa perpetuo continentis scriptionis series in Moysis & Prophetarum Libris plane repugnat.

Ut huc denique omnis de Accentuum, quos *Distinguentes* & *Pausantes* vocant, vera antiquitate quaestio redeat altera; defendo unum hoc. Quum in eorum origines inquiro, eos ab ultimis temporibus esse arcessendos, res ipsa statuere omnino iubet. Alioqui veteres Hebraei

SCRIBIS, five Librariis fuis traderent, quae ad Codices facros rite defcribendos diftinctionumque fignis probe notandos ferrent; id Hebraei in Codicum facrorum lectione femper ancipites haefiffent. Nec vero umquam apud vetuftiores Iudaicos Scriptores, quorum unum locum breviter perfcripfi paullo ante, eorumdem Accentuum tam perfpicua fuiffet, tamque clara commemoratio, nifi omnis antiquitas Iudaica fummam eorum utilitatem atque neceffitatem in legendis, ut par erat, probeque defcribendis Codicibus facris effet experta. Qua autem forma, quave figura iifdem in voluminibus infcripti prifcis illis fuerint temporibus iidem Accentus, quam quidem plane ignoramus; quifve eorum effet numerus, quem multo minorem, quam nunc deprehenduntur, fuiffe arbitror; nullius fere momenti quaeftio eft. Haec & fimilia parum moror: modo maneat id, quod negari non poteft; nifi veteribus Hebraeis, qui ex Legum fuarum imperio & praefcripto, Moyfis Libros diurna nocturnaque manu verfare, menteque femper revolvere tenebantur; quofque ad privata religionis exercitia perpetuo adhibebant, fanctiffimum Legislatorem fcripta fua ab fe exarata reliquiffe comminifcamur, quae non fine fummo labore, atque ftudio ob continuam & numquam interruptam fcriptionis feriem, legere quiviffent. Quod nemo, quam fit inane, quamque abfurdum, non videt.

Iam vero ex dictis facile dignofcere quifque poterit, quae fit de antiquiffima apud veteres Hebraeos fcribendi Codices facros fuos ratione, vera fententia. Si quae autem alia mihi animadvertenda occurrant, quae hanc veterum Iudaicorum Scriptorum de Accentibus, five de fententiarum Colis, Commatis & Claufulis a Maioribus traditam difciplinam firment, fequenti adnotatione, breviore, quo potero, modo exponam.

id illis ipſis veteribus Hebraeis plane ignotum putandum eſt ? Non levi profecto eſt argumento, multa eorum, quae de ſacri Codicis deſcribendi ratione, in Tractatu Thalmudico סופרים SOPHERIM, ſeu de *Scribis* inſcripto, prodita ſunt litteris, magnam ſapere vetuſtatem, uti principio fere Diatribes huius noſtrae poſui.

Ergo quum in populo Iudaico unum eorum hominum genus fuerit, qui prae ceteris ad divinarum humanarumque litterarum ſtudia maxime incumberent; eoſdem habuiſſe, & quidem iam inde a priſca aetate, quaſi per manus traditam huius rei aliquam diſciplinam, qua docerentur ubi & legendo ſiſtere, & ſcribendo interpunctionum ſigna diſtinctaque verborum intervalla notare oporteret, ſtatuendum omnino eſt.

Qui contra ſentiunt, & ſane magno ſunt numero, hi, inquam habere ſe multa in promptu defendunt, quae noſtram oppugnare ſententiam ſibi videantur. At quae ab iis proferri (1) ſolent, refelli perfacile, ac diſſolvi poſſe arbitror.

 Enim

(1) Principio ſic ſtatuunt: volumen Pentateuchi ספר תורה, nullis praeſertim Punctis & Accentibus, nulla-

Enim vero, si quis attente & diligenter expenderit, quae iam iam disputavi, quaeque de

nullaque versiculorum clausula סוף פסוק, sectionibusque distinctum Iudaeos legere in Synagogis consuesse; id ipsum vero non nuper demum, aut nudius tertius, sed antiquitus a prima origine factum, servatumque huc usque institutum; & quidem ut antiquissimum Moysis Archetypum in Sanctuario quondam religiose adservatum aemularentur. Quod, sane, aiunt, argumento esse gravissimo debet, Moysem imprimis de huiuscemodi divisionibus deque aliis distinctionum notis ne cogitasse quidem, sed uno tenore unaque & numquam interrupta vocum serie scripta sua edidisse. Si quae autem distinctiones iisdem tandem accesserint libris, id a iuniori manu venisse, & quidem uti volunt, multo serius quam ferat nostra sententia.

Deinde ad illam veterum Iudaeorum, quos Cabbalistas appellant, opinionem provocare solent, quae Contextum omnem Hebraicum Librorum Moysis *unius* ad instar *vocis* כתיבה אחת, aut tamquam *versum unum* כפסוק אחד olim sese habuisse, uti iisdem viris criticis placet, perhibet. Quod denique aiunt de Libris Moysis sic exaratis, id de reliquis Auctorum sacrorum scriptis item tuendum rentur. Alia id generis urgent argumenta, quae quum nullius roboris reipsa sint atque ponderis, nunc, ut breve faciam, praetermitto.

Mea vero sic est ratio, argumentum ex voluminis Legis, SEPHER THORA, sive Pentateuchi, scripturae ratione ductum, ita comparatum esse, ut non uno modo nostram & quidem maxime firmet sententiam.

Multa nostris in Bibliothecis adservantur eiuscemodi volumina Synagogica, quorum plura recenset, sed quasi raptim, ut de Mss. Codicibus fere semper solet, Beniaminus Kennicottus in sua *Dissertatione Generali in Vet.*

de ſacri Codicis Hebraei in ſectiones, in verſiculos diviſione, deque Punctorum *Vocalium*,

Vet. Teſt. Hebraic. pag. 72. ſeqq. paſſim. Unum horum voluminum poſſidet noſtra Bibliotheca Caſanatenſis. Eſtque non parvae molis *Rotulus*, multis involutis membranis coriis ad longiſſimum ſpatium una aſſutis compactus, quarum ſingulae pedum duorum Gallicorum, ſive palmorum Romanorum circiter trium altitudinem aequant. Eiuſdem noſtri voluminis obiter meminit idem Kennicottus, loc. cit. pag. 101., quod *forte ſcriptum* ſaeculo xv. dicit. Cui equidem nunc repugnare nolo. Neque enim ea voluminis aetas quidquam ad inſtitutum intereſt. Nec etiam is ego ſum, qui tantam antiquitatem hiſce voluminibus teretibus tribuendam putem, quantam aliqui plenis buccis praedicant. Et vereor, ne in magnis erratis ſint, qui Iudaeos veteres uſos huiuſmodi convolutis libris fuiſſe volunt, uti prae ceteris ſtatuit Cl. Olavus Gerhard. Tychſen in ſuo *Tentamine de variis Codicum Vet. Teſt. Mſs. generibus*, ſect. 11. §. 2. pag. 135. ſeq. Contra quorum teretum librorum antiquitatem lege quae diſputat Iac. Martorellius, *De Regia Theca Calamaria*, edit. 1. Neapolit. Parergi cap. 1. & 11. pag. 228. ſeqq. & 242.

Conferenti vero huius noſtri voluminis Synagogici, maioribus quadratis deſcripti litteris ſat quidem elegantibus, at in aliquot prioribus membranis, bonam partem vetuſtate exeſis & abſumptis, ſcripturae rationem atque modum cum Pentateucho in primis ab Everardo Vander Hooght ſuis in Bibliis Hebraicis anni 1705. typis vulgato; ſi Puncta *Vocalia* & Accentus ſectionumque Sabbaticarum Codicis Hebraici diviſiones, quas Iudaei in editis ſuis exemplaribus aliquot denotare elementis Alphabeticis ſolent, excipias; cetera tam ſimilia mihi viſa ſunt, quam ovum ovo. Singula namque verba Contextus noſtri *Rotuli* diſtinctis intervallis a ſe invicem planiſſime disiungun-

Accentuum & notarum Diacriticarum doctrina subiectis in adnotationibus meis exposui, quae-

guntur : Clausula vero cuiusque commatis, sive versus tantum relinquit spatii, ut bene distingui queat.

Ad sectiones quod spectat, sive Maiores, sive Minores, tum *Clausas*, tum *Apertas*, de quibus adeas praesertim ipsius Vander Hooght Praefationem ad paullo ante indicatam Bibliorum Hebr. editionem suam, §. 27., eorumque Scriptorum nonnullos, quos superius pag. 436. seq. in not. laudavimus, uti Laurentium Fabricium, Iulium Bartoloccium & Ioannem Morinum. *Exercit. Bibl.* pag. 489. seq., eae ipsae, inquam, sectiones modo unius lineae integrae spatio indicantur, modo minori interstitio aliquot litterarum probe distinguuntur; & quidem eas ad leges, quae in describendis similibus voluminibus Synagogicis, Iudaeis superstitiose observandae veniunt. Confer *Libellum Thalmudicum* מסכת סופרים a Cl. Iac. Georg. Christ. Adler in latinum conversum, cap. I. seq. pag. 8. seq. = Ioh. Gottlob Capzovium in *Critica sacra*, part. I. cap. VIII. §. III. pag. 371. seqq. Cet. Tandem singuli libri Pentateuchi in *Rotulo* conscripti trium, vel quatuor linearum intervallo vacuo invicem separantur.

Itaque si vis inest priori huic argumentationi ulla, quid sequatur, viderint qui pro antiquitate Punctorum *Vocalium* & Accentuum Hebraicorum ita pugnant, ut vel ipsis Scriptoribus sacris ea attribuant, vel Esdrae aetate inventa tradant. Sed quum ad institutum res ipsa minus pertineat, bonum otium in ea declaranda conterendum nolo. Mihi vero quam huic colligationi atque coniunctioni verborum non interruptae adversetur *Rotuli* nostri scripturae ratio, persuasum plane ad veritatem est. Desino praeterea quae de interiectis huiusmodi spatiis, quae verae interpunctionis munus implerent, superius posui. Et quoniam Iudaeorum vetus opinio est, eorum-

quaeque in iisdem animadvertenda reliqua sunt; confido fore, ut levissimis coniecturis

rumque unanimi consensione firmata, volumen Synagogicum ad Mosaici Prototypi normam conscriptum plane esse; hinc recte efficitur, iam usque a multa aetate in ea quoque opinione illos ipsos versari, Moysem Librum suum reipsa digessisse secus, atque nostri homines critici opinentur.

Sed alter nodus est, de quo paullo ante loquebamur, quemque facile dissolvi non posse multi contendunt. Praeclarum autem nescio quid adeptos sese fuisse arbitrantur, quod ab Ioanne Morino, quod ab Richardo Simonio, quod a Petro Daniele Huetio, quod ab Io. Christoph. Wolfio, aliisque eruditissimis & magni nominis viris, quos singulos heic enumerare longum esset, didicerunt, Iudaeos ipsos ab ea Cabbalistarum suorum sententia non esse alienos, quae sanctissimum Legislatorem Moysem una serie unoque continuo verborum tenore scripta sua litteris consignasse, statuere videatur.

Provocant autem ad unum Eliam Levitam Iudaeum, saeculi XVI. scriptorem, in cuius verbis a me supra, pag. 256. seq. in notis bonam partem recitatis, opinionis suae magnum collocant praesidium: Estque secundum, quod opponunt, argumentum. Qui vero sic disputant, id sibi, quod est in quaestione, assumunt: num scilicet Iudaici scriptores Cabbalistici in ea ipsa manserint sententia, quam eis attribuunt tot & tanti viri docti, sive eam probent, sive eam reiiciant; & quidem uno eiusdem Eliae Levitae testimonio perperam intellecto freti, cui adiungunt R. Mosem Bar Nachman, quasi idem censuerit.

Ut verum fatear, neque pudet me, quae minus recte aliquando dicta a me sint, aperte atque palam reprobare: tumque ego hac eadem doctissimorum hominum opinione adductus scripsi hac in Diatribe mea, pag. 256.

impugnatam hactenus a multis fuisse veram, quam tueor, & veterem atque mihi unam omnium

seq., eam de libro Legis ab Moyse una serie continuationeque verborum exarato Iudaeos ipsos fovere sententiam, quam Io. Buxtorfium Patrem aliosque veluti commentum Cabbalisticum explodere ibidem adnotavi. Sed Eliae Levitae locum diligentius expendenti, contra sese rem habere mihi visum est.

Quae quidem res ut planior efficiatur, primum animadvertamus oportet, Eliam Levitam, ut ante aiebam, ab vulgari popularium suorum sententia longe recessisse, qui omnem Punctorum *Vocalium* & Accentuum apparatum vel a Moyse atque Prophetis, vel ab Esdra eiusque Synedrio adornatum contendunt. Affirmat autem ille ipse Iudaeus, Masorethas Doctores Tiberienses eorumdem Punctorum & Accentuum signa atque figuras Codici sacro Hebraico, saeculo VI. ineunte, primum inscripsisse; sancte servata tamen ea antiquae lectionis ratione, quae Moysi ipsi reliquisque Scriptoribus sacris iam diu probata esset atque recepta. Quam sententiam a viris doctissimis posthac defensam, ut propugnet Elias Levita, quemdam R. Mosem NAKDAM, sive *Punctatorem*, statim aggreditur in eo loco suae Praefationis III. (non Rhithmicae, ut lapsu calami supra perperam dixi) ad librum quem MASORETH HAMMASORETH inscripsit, pag. 21. edit. I. Venetae eumdemque castigat, propterea quod Punctorum & Accentuum doctrinam acceptam retulerit Moysi, ipsique a Deo e Monte Sinai, sed tantum ore tenus traditam, quam deinceps velut ab oblivione vindicatam Esdras certis signis atque notis *Vocalibus* in Libris sacris omnino restituerit.

At instat Elias Levita, istud assequi sese nullo modo posse. „ Siquidem, inquit ipse, Lex ipsa, quam proposuit Moyses filiis Israelis, fuit liber simplex, absque „ in-

omnium probatam ſententiam, tandem agnoſcat. Niſi tantum praeiudicatam opinionem

„ interpunctione & accentibus, etiam abſque ſignis finem verſuum notantibus; ſicuti hodie videmus (in noſtris nempe Synagogicis voluminibus). Immo ex ſententia Kabbaliſtarum tota lex כל התורה היא כפסוק אחד EST tamquam unus verſus; aut ut (eorum quidam) dicunt (veluti) dictio una (quam deinceps in alias voces dividunt) ex quibus educunt nomina ſancti illius Benedicti (Dei); quemadmodum ſcribit Rabbenu Moſche Bar Nachman p.m. in prologo ſui Commentarii in Legem, quem vide „. Haec ille.

Atque hunc fere integrum locum rurſum at plenius heic recitare operae pretium fore duxi, quamquam paucis prolatis, ſtudio brevitatis, verbis Hebraicis, ut quid de ipſius Libri Legis ſcripturae ratione cenſeat Elias Levita, reipſa appareret, quamve hanc in rem Kabbaliſtis tribuat ſententiam. Quid igitur facit Elias Levita, ut pervulgatam apud ſuos de antiquitate Punctorum *Vocalium* & Accentuum doctrinam confutet? Principio in teſtem vocat Authenticum & Publicum ſcriptae Legis volumen in Synagogis lectum & adſervatum, at nullis Punctis *Vocalibus*, nullis Accentibus, nullaque verſiculorum clauſula notatum, quippe quod exemplum Autographi Moſaici repraeſentare ipſi videatur. Quod quum ita ſit, atque manifeſte liqueat ex Eliae Levitae deſcriptis verbis, in ea opinione verſari conſequens neceſſario fit, Libros Moyſis una perpetuaque vocum & verſuum ſerie numquam cohaeſiſſe; uti de eodem terete volumine Synagogico declaratum a me paullo ante eſt atque demonſtratum.

Iam vero manet alterum aliquanto implexum, quod ad Kabbaliſtas, vel, ut plerique ſcribunt, Cabbaliſtas ſpectat. Quo quidem appellationis genere illos Iudaicos Scri-

apud eum valuisse dicendum sit, ut is contra omnes criticae facultatis leges agere, quam gra-

Scriptores potissimum intelligo, qui arte quadam speciali, viaque & ratione docendi & discendi abstrusa, recondita atque a vulgi sensu remotissima, quam a Patriarchis, a Moyse, a Prophetis, continua semperque constanti Πατροπαραδότου tradita doctrina acceptam fingunt, in divinis interpretandis Libris, variis eruendis abditis vanisque mysteriis superstitiose versantur.

Pleni sunt Iudaeorum libri ineptiarum & nugarum, ut nihil gravius dicam, quibus Maiorum suorum veras sanctissimasque doctrinas prorsus obliti, hypotheses Cabbalisticas suas infarciunt, uti in Bibliothecis Hebraico-Rabbinicis Bartoloccii & Wolfii passim videre est. De hac porro Iudaeorum scientia, sive *Kabbala* קבלה, praeter Ioh. Henric. Othonem, in *Lexico Rabbinico-Philolog.* edit. Altonens. 1757. in 8. pag. 356., adeundus in primis ille idem Wolfius est, *Biblioth. Hebr.* tom. II. sive lib. VII. cap. I. seqq. pag. 1191. seqq. & tom. IV. pag. 714. seqq. Adde Iac. Bruckerum, *Histor. Critic. Philosoph.* tom. II. period. II. part. I. lib. II. cap. I. seqq. pag. 707. seq. 711. pag. 832. seqq. & sect. II. pag. 916. seqq. &c.

Quum vero Cabbalistarum institutum in eo totum sit, ut doctrinas suas vanas putidasque tueantur; facultatem sibi dari existimant posse, omnem Mosaicum Contextum in unum compingendi, litteris primis & ultimis vocum integrisque versiculis arbitratu suo diversimode lectis, divisis atque dispositis; ac si Lex universa unum versum constitueret unamque & solam dictionem. Eaque ratione suis schola Cabbalistica magnam licentiam dat, ut quodcumque maxime probabile occurrat, id suo iure liceat defendere. Quam sane licentiam atque libertatem eo modo & legendi & interpretandi Libros sacros sibi, opinor, praecidissent, si Moysem verba & versus signis ali-

gratissimum sibi errorem demptum, mallet. Quam ego laudem homini, sic affecto animo, invidere nolim. Ego

aliquot externis, uti Punctis *Vocalibus* Accentibusque, tum *Distinguentibus*, tum *Pausantibus*, suo in Autographo reipsa disiunxisse, censuissent.

Et quoniam Moyses ex Cabbalistarum sententia huiusmodi distinctionum signa & notas suo exemplari nullo modo adposuit, quemadmodum illud commonstrat Synagogicum volumen, quod ad Prototypi Mosaici normam probe conscriptum, cum ceteris Iudaeis arbitrantur; itaque eo Cabbalistarum dogmate, veluti argumento firmissimo, etiam utitur Elias Levita, ut suo asserto maiorem conciliet auctoritatem. Quorsum vero suorum Cabbalistarum implorasset fidem, si eos a communi & constanti sententia, quam universalis Synagoga tenet, quaque distinctis & separatis verbis Moysem scripsisse creditur, descivisse existimasset? Eliam Levitam profecto non latebat, Cabbalisticas doctrinas Synagogae placitis nequaquam adversari, ut qui eas quoque non respueret. Norat id scilicet, quamobrem ut Cabbalista Nachmanides, saeculi XIII. scriptor, Legem comminiscitur ante mundum conditum *ignitam* descriptamque absque ulla verborum distinctione, more plane suo Cabbalistico; ita eamdem illam Legem a Deo Moysi ipsi in Sinaico Monte coram spectandam exhibitam, docet, dictante sanctissimo Numine ab Moysis propria manu conscriptam, & quidem separatis distinctisque vocibus, *secundum divisionem lectionis praeceptorum*. Sic namque rem edisserit Moses Bar Nachman, Praefat. ad *Commentar. in Legem* folio 2. recto editionis sine loci nota, sed Ulyssiponensis anni ר״נ, hoc est, 250, sive Christ. 1490, uti in extremo volumine adnotatur.

Quid vero ex illa primigenia conficta Lege *ante-mundana* igneaque eruatur, quod patrocinari Ioannis Morini sui-

Ego vero tot auctoritatibus, tantisque rationum momentis permotus, non probabilia

suique similium caussae possit, nec equidem intelligo. Confer BECHINATH HAPPERUSCHIM Wilhelmi Schickardi, disputat. IV. pag. 71. Illius namque commenticiae Legis ante secula, non in volumine membranaceo, sed in igne candido, sive luce ENSOPHICA exaratae, scriptionis modum atque rationem ipsi libro, in quo Moyses Legis suae singula vocabula interstinctis intervallis disiuncta descripsit, nequaquam accommodare voluisse Nachmanidem, ex ipsius recitatis verbis planissime liquet. Cum Moysem dicit, Legem monumentis mandasse litterarum, חילוק הקריאה *divisione lectionis*; hinc necessario exsistit & illud, fuisse Autographum Mosaicum uno tenore conscriptum, Nachmanidem non modo non dixisse, sed ne somniasse quidem.

Quod si vero ex Nachmanidis sententia ceterorumque tum Cabbalistarum, tum Medraschicorum Scriptorum quidpiam sequatur, hoc unum est Moysem nempe in sui Pentateuchi scriptione neque Puncta *Vocalia*, neque Accentus usurpasse. Quam idcirco tenent doctrinam, ut varios & multiplices sensus, qui in eodem Moysis Libro Punctis instructo, locum non haberent, eruere facilius possint. Quemadmodum animadvertit R. Bechai Ben Ascher Aben Chalaio, Scriptor saeculi XIII., in suo BIUR AL HATTORA, sive *Commentar. in Legem*, in fol. edit. Venet. 1544. chart. 162. col. 3. Confer Carpzovii *Criticam Sacr.* part. I. cap. V. sect. VII. pag. 266. seq.

Quid igitur, ut illam continuationem seriemque verborum in Mosaicis scriptis propugnent, Cabbalistas nominant, gentem alioqui pastam chimaeris, in quorum quoque vanis somniis & monstrosis coniectationibus nihil habeant nostri homines critici, quod disputationis suae praesidium locent? Quae cum ita sint, perspicuum erit, neque

lia coniectura sequor, sed rem ipsam amplector testatam vetustateque roboratam. Certa autem

neque Cabbalistas, neque R. Mosem Bar Nachman, neque ceteros Iudaeos ab ea Eliae Levitae sententia usquam abhorruisse, quae Moysem Pentateuchum suum litteris tradidisse declarat, & eo quidem modo, ut hactenus posui, quo describuntur volumina Synagogica.

Sed hoc Cabbalistarum placitum, quod obscurum videri poterat, satis explicatum est. Quare non est opus, ut in re commenticia, quam everti posse eodem Nachmanidis testimonio evidenter patet, refellenda copiosius verser. Consulenda tamen sunt quae hanc in eamdem rem disputat Ioh. Gottfr. Tympius in Dissertatione singulari parumque obvia, qua *Indistinctam antiquorum Hebraeorum scriptionem esse recens commentum Morinianum, certitudini divinarum Litterarum longe perniciosissimum ostendit.* Ienae 1738. in 4. pagg. 56. Quam quidem Tympii Exercitationem si legisset doctus Beniaminus Kennicottus, neque hoc vulgatum Cabbalistarum placitum a doctissimis hominibus pessime intellectum, in partes traxisset suas; neque Hirtii eodem Eliae Levitae testimonio abutentis Dissertationem Ienae ann. 1777. in 4. editam usquam laudasset. Confer eiusdem Cl. Kennicotti, *Dissertat. General. in Vet. Testam.* §. 28. pag. 13.

Quum autem haec disputo, ne quis existimet velim, Eliae Levitae ita assentiri me, ut quam de Accentibus, sive de sententiarum Colis, Commatis, versuum clausulis, deque Punctis Diacriticis a veteribus Iudaeis traditam disciplinam in superiore adnotatione animadverti, fere oblitus fuerim. Huiusce namque a Maioribus traditae doctrinae argumentum sane egregium suppeditat Pentateuchi Hebraico-Samaritani scriptio.

Quamquam nulla Puncta *Vocalia* & Accentus, quos MASORETHICOS vocant, in suo Pentateucho admittunt Iudaei

autem quam ſint & fixa, quae de veterum Hebraeorum ſcripturae ratione dico, aperte quo-

Iudaei Samaritani; nihilo ſecius non ſectiones modo Sabbaticas, quae in editis Hebraico-Iudaicis voluminibus exſtant, aemulantur, verum etiam, quod plane mirabile eſt, verba ſingula interpuncta exhibent ceteraſque diſtinctiones & notas Orthographicas, varias orationis partes ſecernentes. Omitto notas illas Diacriticas, ſive *Lineolas* litterae vocis ſuperadditas, quibus frequenter utuntur, ut homonymiam, ſeu verbi ambiguitatem penitus tollant. De quibus ſingulis legendus ille idem Ioannes Morinus eſt in *Opuſculis Hebraeo-Samariticis*, Exercit. III. cap. I. pag. 197. ſeqq. Conſule etiam Chriſtoph. Cellarii *Grammaticam Samaritan.*, cap. II., quae habetur in eiuſdem Cellarii *Horis Samaritanis*, edit. II. Francofurti & Ienae 1705. pag. 64. ſeqq. Quantum vero haec Samaritanorum ſcribendi ratio noſtram de Accentuum, quos *Diſtinguentes & Pauſantes* appellamus, antiquiſſimo apud Iudaeos ipſos uſu, firmet ſententiam, quotus quiſque eſt, qui non percipiat?

Erunt fortaſſe qui hunc Samaritanorum Iudaeorum ſcriptionis modum recentiorem iudicent. Qua in re illorum criticorum virorum, qui ſic ſtatuant, fidem & diligentiam deſidero. Quid ergo eos morer? Profecto ad vetuſtiſſimorum monumentorum & Graecorum & Latinorum & Etruſcorum, quae tota Sectione IV. ſuperius protuli, ſcripturae ſimilitudinem proxime accedit interpunctae ſcripturae Samariticae ratio, tam in manu exaratis, quam in editis Codicibus obvia. Quo quidem conſtituto, nonne Samaritanos Iudaeos, tametſi in magnis inimicitiis ab Iudaeis ceteris iam uſque a multo tempore diſſidentes, at iiſdem Libris Moyſis religioſiſſime utentes, antiquiſſimum Phoenicium, ſive Hebraicum a vetuſtioribus populis praeſertim Graecis cognitum & receptum, ſcri-

quoque declarat & illud, quod de antiquissima Codicis Hebraici Pentateuchi Samaritica scri-

scribendi morem constanter servasse, tenendum potiori iure est? Quod sane mirum nemini videri debet; cum in scriptione litteras ipsas, etsi successu temporis paululum immutatas, (habent enim sua fata litterarum elementa) vetustissimas Graecorum a Phoeniciis, seu antiquis Hebraicis certissime ortas, quoque servarint Iudaei Samaritani.

Neque ego, ne actum agam, heic rursum afferam quae alibi (supra pag. 284. seq. 315. seqq. in Not.) hac de re paucis disserui. Ex qua sententia, eodem loco sic a me constituta atque exposita, intelligere par est, litteras ipsas Samariticas non vetustas modo Graecorum, ut eas minus recte appellat Cl. Olav. Gerhard. Tychsen in *Tentamine de variis Cod. Hebr. Vet. Testam. Generibus*, pag. 321., perinde ac si a Graecis eas mutuatas accepissent Samaritani; sed etiam primigenias Hebraicas reipsa fuisse. Quare Sebaldii Ravii opinionem non probo, multa eamdem in rem erudite disputantis, quibus evincere conatur, Samaritanorum & ceterorum Orientalium litteras ad Iudaicas tamquam ad antiquissimum exemplar esse referendas. Vide eiusd. *Exercitationem Philolog. IV. ad Car. Fr. Houbigant. in Scriptur. Sac.* cap. I. pag. 4. seqq. Neque magis arrident quae in sua *Exercitat.* V. cap. III. pag. 13. seq. de origine interpunctorum verborum in Samaritica scriptura disserit; quae sane non aliunde repetenda videtur, quam ex prisco illo scribendi genere vetustioribus Hebraeis, uti & Phoeniciis, deinde Graecis, Etruscis & Latinis cognito, ut paullo ante dicebam. Sed haec satis sunt; quamquam ornari uberiore disputatione possent & illustrari.

Quum autem in ea scripturae, verba quaeque interpungendi ratione, a Samaritanis Iudaeis iamdiu recepta, rur-

ſcriptura in ſubiecta notatione breviter expono. Quod alterum ſane argumentum ſi quid-

rurſum verſer; temperare me nequeo, quin alterum inſigne & ſummae raritatis monumentum pariter interpunctum heic commemorem, paucis ab hinc menſibus a praeſtantiſſimo & clariſſimo viro Stephano Borgia Sac. Congr. de Propag. Fide a Secretis acquiſitum & in Muſeo Borgiano Velitris collocatum. Eſtque Lamina ex aere ducta, pollices gallicos tres minus quadrantem latitudine aequans, ſive uncias Romanas duas & dimidiam circiter, altitudine vero pollicem unum & quadrantes tres, ſive uncias duas plus dimidiam. Laminae ſcriptio ſeptem octove lineis comprehenſa, ſermone veteri Dorico, litteris ad Sigei Lapidis inſcriptum monumentum multum accedentibus, Teſſeram Hoſpitalem, qua ius hoſpitii concedebatur, factam nomine publico unius, ut mihi videtur, Civitatis SICANORUM exhibet.

Qua ex re intelligitur, in Sicilia Laminam fuiſſe conflatam. Quam Sicanorum gentem ab Sicanis ipſis, quos Plinius *Natural. Hiſtor.* lib. III. cap. VII. num. IX. edit. Pariſ. 1723. tom. I. pag. 157., Latii antiquiſſimos Populos appellat, quoſque interiiſſe ſine veſtigiis dicit, diverſam exiſtimo. Sed eam ipſam ex Iberia, ſeu Hiſpania ortam arbitror gentem fuiſſe, quae Siciliae nomen ſuum ab ultimis temporibus, Thucydidi *Hiſtoriarum*, ſive *de Bello Peloponneſiaco* lib. VI. pag. 378. edit. Amſtelaedam. 1731., aliiſque Veteribus dictae, indiderit. Confer Plinium ipſum, loc. cit. cap. VIII. num. XIV. pag. 161. = Philipp. Cluverium in *Notitia orbis antiqui*, lib. II. cap. XII. pag. 969. ſeqq. Mitto ceteros Scriptores, qui de Sicania, ſive Sicilia commentarios edidere, quos Petrus Burmannus in *Theſauro Antiquit. & Hiſtoriarum Italiae*, vol. I. ſeqq. complexus eſt.

Iam vero ſi egregiae Teſſerae Hoſpitalis Borgianae inſcri-

quidquam habeat virium, habet autem quam maxime; Iudaeos veteres fateamur oportet, suis in conscribendis Libris sacris ab illa non interrupta continuatione serieque verborum plane pleneque abhorruisse.

Descendamus tandem ad Iudaeorum Volumina Hebraico-Biblica. Sed quid ego de Hebraicis ipsis Codicibus dico? An non ex omnium (1) horum Codicum sacrorum manu

inscriptum monumentum cum NANIANO & SIGEO, quorum supra pag. 285. seqq. 290. & in Notis, commemorationem feci, de antiquitate contendere maxime posse, affirmaverim, testem locupletem vocabo Cl. Ab. Barthelemy, virum acerrimo ingenio & scientiae copia praestantem. Namque ille idem in eruditissima Epistola ad Cl. Praesulem Borgia nuperrime data, & quam primum ab eodem Praesule publici iuris facienda, hanc hospitalitatis Tesseram ad saeculum V. vel VI. ante Christum natum refert. Certe maximae vetustatis est, & Palaeographiae Graecae plurimum affundet luminis. Porro de hisce Tesseris, quarum usus apud antiquos invaluerat, confer Cl. viri Paulli Paciaudii *Monumenta Peloponnesiaca Commentariis explicata*, edit. Roman. 1761. tom. II. pag. 136. seqq. & Scriptores, quorum meminit.

(1) Nonnullos doctos viros esse equidem intelligo, uti supra adnotavi pag. 256., qui Codices aliquot Hebraico-Biblicos uno tenore exaratos unaque continua serie fuisse tradiderint. At quod aiunt de similibus Libris non est eiusmodi, ut nos deterrere a sententia possit. Quod vero aliquando exstiterint huiusmodi Codices, ego viris eruditis id asserentibus repugnare nolo. Sed quid tandem factum

nu exaratorum summa consensione, quos evolverunt qui in eos illustrandos animum contule-

factum est, ut ex tanta eorumdem Manuscriptorum hactenus cognitorum copia, quos ad mille circiter ascendere arbitror, ex tot, inquam, Codicibus triginta fere ab hinc annis, a criticis viris undique conquisitis, descriptis, collatis atque illustratis, nullus memoretur, qui eumdem scripturae continuae modum teneat? Quos quidem Codices si inspiciendi data nobis esset facultas, de iis sententiam aliter feremus, quam multi opinentur. Si ergo omnes totque Codices cogniti confirment quae de eorum scriptionis ratione disseruimus; quid est, quod uni alterive Codici, cuius nobis non modo sit explorata vetustas, sed etiam vix notitiam aliquam habeamus, insistendum esse defenderemus?

Cum porro ad omnium Codicum hactenus cognitorum consensum sic provoco; id illud de scripturae saltem non continuae constanti ratione dicere me quisque facile intelligit. Quod autem de multis iidem dissideant, uti de litteris quibusdam, vel Maioribus vel Minoribus, aliisque minutis rebus, quibus diversas elucere Manuscriptorum Codicum aetates posse, levissimis coniecturis arbitratur in primis Beniaminus Kennicottus; uti quoque de Punctis *Vocalibus* modo inscriptis, modo absentibus, uti denique de variis Lectionibus; de ceteris mirifice congruunt. Si qua vero aliqua diversitas in eorum scriptionis modo deprehendatur, tota fere ad artem Calligraphicam spectat, ut sapienter animadvertit Cl. Christianus Frider. Schnurrer, *Dissert. de Codicum Hebr. Vet. Testam. Mss. aetate difficulter determinanda*, §.x. seq. pag. 19. seqq. Mitto Litteras ipsas vocum *Finales*, quibus illa continuatio verborum non interrupta omnino abrumpitur, quasque adhibent Hebraei praesertim, Syri & Arabes.

Non me latet quidem esse aliquos, qui contra earum-

tulerunt, efficitur, Iudaeos ipsos iam usque ab ultimis temporibus sacros Libros suos de-

G g scri-

rumdem litterarum *Finalium* Hebraicarum כמנפץ CAMNEPHATZ vetustatem pugnent. Sed nihil urgent, quod vim habeat earum veram antiquitatem evertendi. Quapropter ipsi docto Beniamino Kennicotto facile assentior easdem litteras valde antiquas pronuntianti in *Dissertat. I. super ratione Textus Hebr. Vet. Testam.* edit. Lat. pag. 523. & *Dissert II.* cap. II. pag. 203. Vide & eius *Dissert. Generalem in Vet. Testam.* §. 27. seq. pag. 13 Cuius exemplum humanissime mihi concessit Cl. Schnurrer. Et sane ante utrumque confectum Thalmud & Babylonicum & Hierosolymitanum earum litterarum usum iam iam invaluisse, perspicua res est atque explorata, ut commonstrat Iohan. Leusden. *Philolog. Haebr.* Dissert. XI. sect. I. §. XI. edit. V. pag. 128. Quamquam earum inventionem ad Esdrae aetatem accedere, vix crediderim. Sed haec ego suspicans nihilominus dico, non quasi habenda esse pro certis arbitrer. Earumdem attamen usum eo solo tempore invaluisse vero similius reor, quo litterae ipsae Hebraicae aliam atque aliam formam induxere, atque ab ea illa, quae vetustas litteras Samariticas, iisdem characteribus *Finalibus* orbatas referret, prorsus deflexisse. Quod non multa aetate ante Christum natum accidisse plura sunt, quae mihi ostendere videantur.

Quaecumque tandem iisdem litteris *Finalibus* antiquitas tribuatur; est satis argumentum nostrum ex iis ipsis ductum, in tuto. Efficitur nempe, ab ea aetate, qua earum usus in Manuscriptorum Codicum Hebraeo-Biblicorum scriptione receptus fuerit, illam vocum incompactam seriem atque confusionem ab iisdem voluminibus maximam partem saltem exulasse. Quae res quanam ratione cum ipsius Kennicotti hypothesi, locis citatis ab se exposita, componi bene possit, ipse videat; ego equidem non video.

scripsisse, uti hactenus disputavi? Quid plura? Essent quidem permulta in promptu, sed non est opus, ut proferam; de quibus tamen alio loco dicam, si usus fuerit. Atque haec satis esse puto, ad aestimandum Tertium Ernesti Iablonskii de eorumdem Manuscriptorum Codicum aetate definienda Canonem.

Quod vero dictum de eo ipso Tertio Canone est, hoc idem de ceteris, quos posuit Iablonskius, uti iam admonui (1), affirmandum. Alia igitur atque alia via, ab ea, quam ipse Iablonskius, quam Carolus Houbigantus, quam Beniaminus Kennicottus, quam tot eruditissimi Viri habuere, incedamus necesse est; quum ab se constituti iidem Canones ad veram Codicum Hebraico-Biblicorum aetatem diiudicandam nihil aut fere nihil conferre valeant.

VIII. Esset heic quidem de aliis manu exaratis Orientalibus libris, de quibus sum ipse tractaturum me pollicitus, dicendi locus. Sed eget ea tempore disputatio. Hoc tamen alte-

(1) Supra, sect. III. pag. 253. seqq. Dignae quoque quae legantur haec in Criteria Iablonskiana animadversiones a Cl. Schnurrer expositae in sua paullo ante laudata atque erudita *Dissertatione* §. XII. seqq. pag. 21. seqq.

alterum & extremum argumentum ne omnino a me praetermissum esse videatur, hoc loco attingam. Sed res erit omnis conferenda in pauca.

Iam vero si ad Codices Orientales, illos in primis, quos Viri docti vel editis eorum Catalogis recensuere, vel suis illustravere lucubrationibus, sese ista convertat oratio; quam multa, quam varia, quanta in libris iisdem haberemus, sententiae nostrae etiam atque etiam confirmandae caussa? Quae quidem cogitans, soleo saepe mirari nonnullorum criticorum hominum anteceptam opinionem, qui, ut Libros sacros antiquitus exaratos continuo scriptionis ductu, nullo spatio, nullo intervallo, nulla interpunctione fuisse pugnent; modo provocant ad Veterum inscripta monumenta, modo ad Manuscriptos Codices & Latinos & Graecos confugiunt. Quasi Orientales populi, Syri, Chaldaei, Arabes, aliique libros suos ea plane ratione olim descripsissent, quam comminiscuntur ii homines critici. At quantis in erratis versentur, apertissime demonstrant illa ipsa Exemplaria exarata manu, ut mox ostendam.

Principio quidem eorumdem Codicum,

uti Syriaco-Chaldaicorum, uti Cufico-Arabicorum, Armenorum, aliorumque id genus maximum numerum non magnam praeseferre vetustatem (1), neminem futurum arbitror, qui

(1) Quod quidem ex eorum Codicum Manuscriptorum Catalogis satis palam fit. Si namque unum eorum aut alterum excipias, ceteri recentiorem omnino sapiunt aetatem. Confer tomum I. *Catalogi Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Regiae*. Parisiis 1739. in fol. Quorum voluminum omnium brevis descriptio, uti aiunt in Monito ad eumdem tom., Stephani Fourmontii, Armenorum autem Guilielmi De Villefroy, Virorum doctissimorum industriae accepta referenda est: Guilielmi, inquam, De Villefroy, τȣ̃ μακαρίτȣ. Quantus Vir! Quanta ei debere me lubens profiteor! Huius praestantissimi Viri egregiis disciplinis in Linguis Orientalibus Parisiis octennium usus sum; cuius equidem nomen atque memoriam grata recordatione semper prosequar.

De Codicibus Manuscriptis Cufico-Arabicis adeunda eruditissimi Michaelis Casiri *Bibliotheca Arabico-Hispanica Escurialensis*, Matriti edita annis 1760. & 1770. tomis duobus in fol. Quod ad Codices etiam Syriacos, Arabicos, Coptos, Ruthenicos, Aethiopicos spectat, consulendus Cl. viri Stephani Assemani Archiepiscopi Apameae *Bibliothecae Mediceae Laurentianae & Palatinae Codicum Mss. Orientalium Catalogus*, Florentiae, 1742. in fol. Adde eiusdem doctissimi viri & Cl. Iosephi Simonii Assemani *Bibliothecae Apostolicae Vaticanae Codicum Mss. Catalogum*, Romae 1758. & 1759., cuius partis I. tomus II. & III. complectuntur Codices Chaldaicos, sive Syriacos. Ceteros Codices insignis Bibliothecae Vaticanae saltem Orientales, quam vellem recensuissent Cll. Assemanii.

Nisi

qui in controversiam vocet. Quae cum constent; de iisdem recentioris aetatis Codicibus non est opus dicere. Nihil etenim offerunt, quod disputationi nostrae adversetur.

Deinde si qui supersunt Codices antiquitate praestantes, ii profecto quantum ad argumentum nostrum conferant & iuvandum & ornandum, ex eorum (1) scriptionis modo

 atque

Nisi qui me forte fugiunt, hi sunt fere Codicum Orientalium Catalogi praecipui, huc usque editi, doctrina & rerum copia atque varietate praestantiores. Quamquam nominare quae Angli, quae Batavi, quae Germani hanc in rem scripsere, possem. De quibus in Appendice ad Diatriben hanc erit opportunior differendi locus, ubi de vetustioribus Manuscriptis Hebraicis Codicibus dicemus. Sed haec fortasse nimis multa.

(1) Quamobrem sic statuerim, paucis Codicibus praesertim Syriacis dabo, & iis ipsis quidem, quae vetustate aliqua maxime sese commendent. Atque utinam illa Librorum sacrorum exemplaria aetatem tulissent, quae prioribus Ecclesiae saeculis fuisse litteris mandata, proditum memoriae est. Longe sane maiorem horum monumentorum copiam haberemus. Sed age, ipsos proferamus Codices, eam scriptionis rationem servantes, quae unam seriem continuationemque verborum penitus evertat.

Eorum primus, qui ceteros tam Veteris, quam Novi Testamenti Codices Syriacos antiquitate superare videatur, est Nitriensis Vaticanus, anno Graecorum sive Aerae Seleucidarum 859., Christi vero, Cll. Assemaniorum sententia, 548. conscriptus, uti ostendunt Calligraphi verba, quae folio 203. verso Codicis ad calcem Evangelii Ioannis leguntur. Quae tamen postrema anni nota dicen-

atque ratione cognoſci perſpicique facile poteſt. In iiſdem etenim verba ſingula non modo

dicenda eſſet 547., ſi Seleucidarum Epocha ab anno 312. ante Chriſtum natum colligatur; quemadmodum id demonſtrant multi eruditi Chronologi, in primis Cl. Henricus Noriſius in *Anno* & *Epochis Syro-Macedonum*, edit. Florentiae 1691. Diſſert. II. cap. I. pag. 58. ſeqq. Cui doctiſſimo viro quamquam hac de re aſſenſionem omnem adhibeo; nemo attamen mihi vitio vertat, quod in illorum Codicum Syrorum Aeris computandis Cll. Aſſemanios ſequar.

Quum autem de Codicis eiuſdem Vaticani anni nota nobis iam conſtet, quare labitur Cl. Ioſephus Blanchinus, *Evangeliarii Quadruplicis* part. I. pag. DXLIII. Codici Bibliothecae Mediceae Laurentianae, Quatuor Evangelia complectenti, Plut. 1. 56. ſignato, palmam vetuſtatis deferens. Is namque poſtremus Codex non alium ſcriptionis annum refert, quam 586., ut monet Blanchinus ipſe, loc. cit. poſt eiuſdem Bibliothecae Mediceae catalogum, pag. 1.

Eſt autem Codex Nitrienſis Vaticanus in fol. Membranaceus, Eſtranghelis, ſive rotundis maioribus Syrorum vetuſtis nitidiſſime deſcriptus litteris, quo quatuor Evangelia ex Verſione SIMPLICI continentur. Vide Catalogum Biblioth. Vaticanae, paullo ante cit., tom. II. pag. 27. ſeqq., ubi copioſe recenſetur praeſtantiſſimus Codex, tum ipſum Blanchinum, loc. cit. ante pag. DXLI., ſcriptionis Codicis ſpecimen exhibentem, uti & ſpecimina aliorum Syriacorum Codicum quatuor Evangelia itidem complectentium.

Hi vero ſunt ſequentes Codices, nempe Exemplar alterum Vaticanum, in fol. magno, membranaceum iiſdem litteris rotundis, ſed uncialibus elegantiſſime exaratum, de quo Cll. Aſſemanii in laudato ſuo Catalogo tom. II.

do deprehenduntur ſuis diſtincta intervallis, multaque eorum ſuis inſtructa litteris prae-

II. pag. 36. ſeqq. & pag. 46. fuſe diſſerunt. Quo loco Codicis proferunt Epigraphen anni notam Graecorum indicantem ܐܠܦܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܫܒܥ, hoc eſt, 1047. ſive Chriſt. 736.

Codex alter eadem Evangelia complectitur, ſed ex Verſione PHILOXENIANA, quae à SIMPLICI diſcrepat. Eſtque Codex egregius membranaceus in Bibliotheca Angelica S. Auguſtini de Urbe adſervatus, quemque fuiſſe anno Chriſti 616. ſcriptum multi eruditi viri contendunt; quemadmodum in Appendice ad iſtam DIATRIBAM dicemus, ubi de eiuſdem Codicis Verſione nonnulla diſputabimus, quae heic mittimus, brevitati potiſſimum conſulere omnino coacti.

Poſtremus Codex Bibliothecae Barberinae, & cuius ſpecimen dedit Cl. Blanchinus, loc. cit., Aeram prodit vetuſtiſſimam, non modo non credibilem, ſed ne ſuſpicandam quidem; uti eadem Appendice etiam declarabitur.

Ex quibus ſingulorum Codicum ſpeciminibus a Blanchino exhibitis quid eruatur, non eſt quod rurſum dicam. Certa etenim atque explorata res eſt, ea ipſa ſcripturae ratione eſſe eoſdem Codices exaratos, quam ſuperius expoſui. Illud tamen non praetermittendum velim, quod in Codicibus duobus Nitrienſibus Vaticanis recenſendis animadvertunt Cll. Auctores eiuſdem Catalogi, pag. 35., de utriuſque Codicis elegantiſſima ſcriptione: horum ſpecimina nempe ſatis ſuperque oſtendere, quantum ſexcenteſimo Chriſti ſaeculo in Meſopotamia apud Edeſſam urbem Calligraphia floruerit.

De aliis autem Manuſcriptis Syriacis ſatis vetuſtae aetatis longum eſt dicere, uti de Hexaplari Bibliorum Codice membranaceo Syro-Eſtranghelo Bibliothecae Ambroſianae, bonam partem librorum Vet. Teſtamenti comple-

ſertim *Finalibus*, verum etiam ſectionibus, diviſionibus, verſuum clauſulis, aliiſque diſtinctio-

plectente. De quo praeſtantiſſimo Manuſcripto erudite commentatus Cl. Roſſius eſt in Diatriba ab ſe inſcripta: ***Specimen ineditae Hexaplaris Bibliorum verſionis Syro-Eſtrangbelae cum Simplici, atque utriuſque Fontibus Graeco & Hebraeo collatae, cum duplici Latina Verſione, ac Notis***. Parmae 1778. in 4. pagg. 17. Hunc Codicem ad ſaeculi VII. initium eſſe referendum cenſet Cl. Roſſius. Mitto quoque alterum Codicem Syriacum ſaeculo VIII. ineunte exaratum, de quo plura recitavi in libro ***Des Titres primitifs de la Révélation***, tom. II. pag. 342. ſeqq.

Ad manu exaratos Borgianos Copticos libros & quidem vetuſtiſſimos quod attinet, quum ſuperius, pag. 395. in not. iam dixerim quae de eorum ſcriptionis ratione ſit ſentiendum, non eſt opus, ut actum eſſe agendum putem.

Multa offerrent ſeſe heic declaranda, quae ad eumdem ſcripturae modum, de quo ſermonem hactenus inſtitui, & quidem ceteris Orientis populis iamdiu receptum ſpectat, ad eam ipſam, inquam, imprimis plane ſingularem ſcriptionem, qua Aethiopes in ſuis libris exſcribendis a longa aetate utuntur. Cui quidem rei multa accederet lux ex eorum Scriptorum nonnullis, qui de rebus Aethiopicis libros edidere, quoſque recenſet Iohannes Alb. Fabricius in ſuo ***Salutari luce Evangelii***, cap. XLV. pag. 708. ſeqq.

Sed ne longiori oratione taedio ſim & moleſtiae, totam adnotationem iſtam meam abſolvam antiquiſſimorum Cuficorum breviſſima recenſione, quorum notitiam Cl. & amiciſſimus Iacob. Georg. Chriſtian. Adler Altonenſis litteris mandavit in ea erudititiſſima Exercitatione, cui titulum fecit: ***Deſcriptio Codicum quorumdam Cuficorum partes Corani exhibentium in Bibliotheca Regia Hafnienſi, & ex eiſdem de ſcriptura Cufica obſervationes novae***

ctionibus Orthographicis, Notisque Diacriticis ita describuntur ii Codices, ut quid de ea ipsa

novae &c. pag. 1. 21. seqq. Hi Codices numero quinque fragmenta solummodo exhibent variorum Coranorum litteris Cuficis, sive vetustis Arabicis (vide supra pag. 338. not.) in membrana densa & firma ab utraque parte exarata, formam, ut aiunt, in 4. referente. Eadem fragmenta, sive particulae perantiquae sunt, bene conservatae, & ideo magnae praestantiae, inquit Cl. Adler, pag. 21., cuius equidem verbis satisfacere malo quam meis. Itaque vir tanta excellens linguarum Orientalium doctrina & eruditione, ad aetatem horum Codicum statuendam deinde veniens, de ea ipsa & Scriptoribus eorumdem sese nihil certi indagare potuisse, ingenue fatetur, pag. 24. Antiquissimos tamen esse Codices, vel ex eo palam fieri, recte arbitratur, quod litterae, quibus ea describuntur fragmenta, CUFICAE iam ante multa saecula obsoletae fuerint. „ Si enim, inquit ipse, scriptura Cufica Mu„ hammedis circiter aetatem inventa, trecentos tantum „ annos obtinuit eam auctoritatem, ut Corani eadem „ scriberentur: manifestum est Codices nostros intra tre„ centos illos annos, qui a saeculo septimo post Chri„ stum natum ad nonum pertinent, scriptos fuisse, & „ ad mille annorum aetatem minimum prope accedere„. Quam vellem cetera persequi, quae ibidem & pagg. seqq. edisserit Cl. Adler? Digna omnino quae legantur, quaeque etiam de lineis Diacriticis litterarum, pag. 29., deque earum antiquitate, utpote quae eiusdem vetustatis sint, quam ipsae Cuficae litterae; tum de Punctis *Vocalibus*, pag. 30.; denique de Notis Orthographicis, pag. 32. seq. eruditissime disputat Cl. Danus. Quorum singulorum specimen exhibet tabula II. aere incisa, qua Codicis secundi reliquiarum pagina una accurate descripta habetur.

Sed quoniam de litteris Cuficis facta etiam mentio est.,

ipsa continuatione verborum in iisdem Codicibus sit definiendum, Viri harum rerum periti tandem iudicent. Profecto qui secus sentirent, atque res sese habeat, contra veterum Codicum fidem confidenter ponerent.

Quibus universim ita constitutis de iisdem voluminibus Manuscriptis, mihi quidem quam eorum scriptionis modus ab ea scripturae ratione numquam interrupta abhorreat, rem esse satis explorate cognitam videre videor plane ad veritatem.

Et quoniam ad hanc DIATRIBEN scribendam id unum me potissimum impulit, ut de Canonibus, qui ad Manuscriptorum Codicum

est, non alienum videtur cum Cl. Adlero paucis adnotare, eas sic nuncupatas fuisse ab urbe Mesopotamiae CUFA. Confer eumdem Adlerum, loc. cit. pag. 6. seqq. = Eumdem in *Museo Cufico Borgiano Velitris*, Romae 1782. in 4. cap. II. pag. 11. seq. cap. III. pag. 40. seqq. quo postremo egregii libri capite tertio, pag. 35. seqq., antiquitatem linearum Diacriticarum & Punctorum *Vocalium* in scriptura Cufica ab celeberrimi viri Ioh. Casparis d'Ansse de Villoison exceptionibus vindicat; quae quidem leguntur in eiusdem doctissimi Galli, a nobis numquam sine honoris praefatione nominandi, *Anecdotis Graecis*, edit. Venet. 1781. tom. II. pag. 150. Ex quibus a Cl. Adlero sic animadversis quid tandem reliquum est, nisi ut concludamus, vetustos Arabes eam artem Calligraphicam reipsa usurpasse, quae continuationem seriemque verborum omnino eliminat; quod sane de ceteris Orientis populis idem statuendum.

cum Hebraeo - Biblicorum aetatem definiendam constituti a Viris doctis sunt, aliqua ratio daretur; propositum postulare videbatur, ut in eam quoque ingressus disputationem fuissem, quae est de eorumdem voluminum Hebraicorum antiquitate. Sed haec quaestio est alterius loci ac temporis. Plura vero heic persequi prohibet tum brevitas operis, tum festinatio, ut ea explicem, quae de eodem argumento,deque aliis sacrae Critices capitibus animo iam conceperam. Quae quidem singula cum nec institui queant nisi praeparato otio, nec exiguo tempore absolvi; APPENDICE ad istam qualemcumque Diatriben meam, ut potero, perficiam. Impedimento praeterea nunc sunt, quominus viam pergerem, quam institueram. Mea namque Bibliopolae Venantii Monaldini crebrarum flagitationum, in primis autem Cl. Bernardi Rossii tandem vulgandi sui SPECIMINIS maximi desiderii cogitatio facit, ut minus absolvam quam cuperem. Modum igitur faciam. Scribebam Romae Idibus Iuliis anno 1782.

COR-

CORRIGENDA IN DIATRIBE .

Pagina 230. *linea* 15. aliquod , *corrige* aliquot .
Pag.239. *not*. *lin*.14. Κειμήλιῳ̃ , *corr*. Κειμήλιῳ .
Pag.240. *lin*.14. Calcographicam, *corr*. Palaeographicam. *Quae emendatio etiam facienda pag* 252. *lin*.12.
Pag.257. *lin*.3. insignitum , *corr*. insignitus .
Ibid. *not*. *lin*.2. באשר , *corr*. כאשר .
Ibid. *lin*.3. כל־התורה פסוק , *corr*. כל־התורה היא כפסוק. *De quo quidem Eliae Levitae loco , confer quae meliora edocti rursum disputavimus pag*.453. *seqq*. *in not*.
Pag.262. *not*. *lin*.9. pag.260. , *corr*. pag.258.
Pag.273. *not*. *lin*.16. Palaeegraphiae, *corr*. Palaeographiae.
Pag.290. *not*. 1. *lin*.2. Amicleo , *corr*. Amycleo . *Qui error quoque irrepsit pag*.298. *not*. *lin*.5.
Pag.294. *not*. *lin*.5. protulerit , *corr*. protulit .
Pag.305. *lin*.1. & 2. Prosodicis , *corr*. Prosodiacis .
Ibid. *not*. *lin*.1. Aristophanum , *corr*. Aristophanem .
Pag.316. *not*. *lin*.*ult*. quorum , *corr*. quarum .
Pag.365. *lin*.1. differuerlnt , *corr*. differuerint .
Pag.369. *lin*.9. quae , *corr*. quem .
Pag.371. *not*. *lin*.1. sive suae in &c. , *corr*. sive sua praefatione in &c.
Pag.374. *not*. 1. *lin*.4. ibi , *corr*. ubi .
Pag.383. *not*. *lin*.3. repertorum , *corr*. repertarum .
Pag.414. *not*. *lin*.7. continentur , *corr*. continetur .
Pag.421. *not*. *lin*.4. converlas , *corr*. conversae .
Pag.442. *not*. *lin*. 25. *dele* Rhythmica .

☞ Quae vel minoris momenti , vel etiam graviora nostram fortassis diligentiam fugerunt, benigno & erudito Lectori emendanda relinquimus . Neque his , & illis offendetur maculis , quas aut incuria fudit , aut humana parum cavit natura .

IN-

INDEX
ARGUMENTORUM IN DIATRIBES SECTIONIBUS PRAECIPUE ADNOTATORUM.

Insi-

Insignis Herculanensis Graeca Inscriptio suis Prosodiacis notis distinctisque verborum intervallis plane singularis, pag. 304—306.

Quid ex aliis vetustioribus inscriptis monumentis nullatenus interpunctis eruatur, quod Tertio Iablonskii Canoni praesidium sit? Beniaminus Kennicottus notatus. pag. 307—310.

SECTIO V. Quibus rebus ita constitutis; quid sequatur, exponitur. Quum vetustissima Etruscorum, Graecorum & Latinorum monumenta non pauca distinctis interpunctisque intervallis notata deprehendantur; ex Orientis populis hunc scribendi morem esse arcessendum, demonstratur. Primum quidem ex ortu litterarum antiquissimo. Qua praemissa adnotatione, insignis Plinii locus, qui est de earumdem litterarum ortu, profertur atque multis illustratur. Tum litteras primigenias & Samaricas sive Phoenicio-Hebraicas veteres, & Graecas ex iis ortas XXII. fuisse numero, ostenditur. Variae diversaeque veterum & recentiorum Scriptorum de earum antiquo numero expenduntur sententiae. Codicis Hebraici integritas vindicatur. pag. 310—347.

Deinde ex communi gentium origine. Quod alterum argumentum, quam priori de ortu litterarum finitimum sit, declaratur; iisque fuse recensitis Scriptoribus, qui hanc postremam disputationem suis illustravere commentariis. pag. 346—357.

Quid vero reipsa concludi ex disputatis eadem in Sectione queat, secut atque Tertius Iablonskianus Canon statuat, rursum declaratur. pag. 355—358.

SECTIO VI. Quemadmodum in vetustis Lapidibus, Tabulis, Nummis, &c. quae fuerit scripturae ratio suis aut interpunctis, aut distinctis intervallis instructa, ostensum superius est; ita hunc ipsum modum prosequitur Auctor, qui ad manu exaratos Codices universim spectat, eamque ingreditur viam, ut aestimari idem Tertius Iablonskii Canon de Manuscriptorum Librorum Hebraico-Biblicorum aetate diiudicanda, rectius possit. Principio itaque disquiritur, quid Veteres de vera Scripturae ratione censuerint. Quid Aristoteles. Quid Cicero. Quid Seneca. Quid alii antiqui Scriptores & Graeci & Latini. Adnotationibus in primis res exponitur. Scriptores recentiores dissentientes notantur. pag. 358—382.

Quaeritur deinde quae in vetustis Codicibus & Graecis & Latinis aliisque verba interpungendi ratio fuerit. Ubi de Papiris Herculanensibus. De insigni fragmento Borgiano Evangelii Ioannis, Graeco-Coptico aliisque Codicibus Copticis eiusdem Cl. Praesulis, in Museo Borgiano Velitris adservatis. De historia Adulterae, Ioannis VII. 51. 52. & VIII. 12. contra Wetstenium. Ex qua bene longa & satis litigiosa disputatione quam dubius, quam incertus, ut nihil gravius dicam, Tertius Iablonskianus Canon, quamque parum tuta sint, quae celeberrimi Antiquarii hac de re statuere, esse consequens demonstratur. pag. 385—399.

Quod patet quoque ex ratione antiquitus scribendi per Στίχους, sive Versus, at per Cola sua & Commata digestos, praesertim in Libris sacris. Agit ergo Auctor de veterum Stichometria, deque aliis sacrorum voluminum divisionibus, cum apud Hebraeos, tum apud veteres Christianos. Ioannis Morini & aliorum fallaces opiniones recensentur atque refelluntur. Quae singula fuse & copiose declarantur una adnotatione. pag. 399—440.

SE-

SECTIO VII. Tandem devenit Auctor ad ipsius scripturae rationem ab Orientis gentibus, Hebraeis praesertim, Syris, aliisque iamdiu cognitam atque receptam, quaque antiquitus exscripsere suos Codices sacros. Principio igitur de Hebraeis eorumque voluminibus sacris universim disserit. Quae de Punctorum Vocalium Accentuumque, quos *Distinguentes* & *Pausantes* appellant, deque notarum Diacriticarum antiquitate, ex veterum Iudaicorum Scriptorum doctrina sit vera sententia, multis ostendit Auctor. Negatque tam esse manifestum, quam iudicatum a doctissimis Viris est, veteres Iudaeos illa ipsa continuatione serieque verborum libros suos edidisse. *pag.* 440—448.

Idem argumentum de Hebraico-Biblicis voluminibus prosequitur Auctor; iisque, quae opponunt multi eruditi Viri, respondet. Eliae Levitae locum, quo etiam abutuntur non pauci, explicat. Veterum Scriptorum Iudaicorum, tum Cabbalisticorum, tum Medraschicorum veram hac de re sententiam declarat. In Beniaminum Kennicottum in primis animadvertit. Res denique omnis Samariticae scriptionis ratione in Moysis Libris, quos iam a multa usque aetate religiose servant Samaritani Iudaei, illustratur. Insigne monumentum Borgianum & quidem antiquissimum, Tesseram Hospitalem exhibens ex Cl. Praesulis Museo profertur, ad Samariticae scripturae modum suis interpunctis verbis multum accedens. Post ubi de his omnibus disputavit Auctor, vim nullam aut fere nullam inesse commonstrat Tertio Canoni, quo usus Iablonskius est. Pergit deinde ad ceteros Canones Iablonskianos. Utque res universa, quae ad Manuscriptorum Codicum aetatem definiendam attinet, melioribus auspiciis definiatur, aliam prorsus adeundam viam esse, ab ea, quam Iablonskius ipse, quam Houbigantus, quam Kennicottus aliique eruditi Viri habuere, concludit. *pag.* 447—466.

SECTIO VIII. Quod restat denique de ceteris Manuscriptis Orientalibus, uti Syris, uti Cufico-Arabicis, Aethiopicis aliisque, quod eorum scripturae ratio ab ea plane abhorruerit, quam hactenus propugnavit Auctor, brevitati potissimum consulere coactus, hoc ita paucis sed accurate expedit, ut quantis in erratis versentur qui opinati secus fuerint, demonstret plane ad veritatem. *pag.* 466—475.

Postremo Auctor sese in APPENDICE ad hanc qualemcumque DIATRIBEN suam, de Manuscriptorum Hebraico-Biblicorum antiquitate deque aliis sacrae Critices capitibus tractaturum pollicetur. *pag.* 475.

תהלה לאל גדול ונורא

ABSOLVTVM . EST . HOC . OPVS
TYPIS . ANTONII . FVLGONII
KALENDIS . SEXTILIBVS
ANNI . CIƆIƆCCLXXXII
DIE . FESTO . S. PETRI . IN . VINCVLIS
SEDENTE . PIO . SEXTO . PONT. MAX.
QVI
MVLTIS . ANNIS . VIVAT . FLOREAT . IMPERET
PONTIFICATVS . EIVS . ANNO . VIII